CATALOGUS CODICUM MANU SCRIPTORUM

QUI IN BIBLIOTHECA

MONASTERII B. M. V. AD SCOTOS VINDOBONAE

SERVANTUR.

EX MANDATO REVERENDISSIMI DOMINI ABBATIS

D[RIS] ERNESTI HAUSWIRTH

EDIDIT

D[R.] P. ALBERTUS HÜBL O. S. B.

PROFESSOR C. R. GYMNASII AD SCOTOS VINDOBONAE.



VINDOBONAE ET LIPSIAE.

IN AEDIBUS GUILELMI BRAUMÜLLER

BIBLIOPOLAE C. AC R. AULAE ET UNIVERSITATIS.

1899.

TYPIS ADOLPHI HOLZHAUSEN
C. AC R. AULAE ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

REVERENDISSIMO DOMINO

ERNESTO HAUSWIRTH

ABBATI MONASTERII B. M. V. AD SCOTOS VINDOBONAE

OCTOGESIMUM NATALEM DIEM CELEBRANTI

SACRUM.

PRAEFATIO.

Accessimus ad edendum hunc librorum manu scriptorum catalogum aucti munificentia Abbatis meritissimi, cuius et praesentium monasterii rerum, ut sint florentissimae, et praeteritorum temporum reliquiarum, ut conserventur et illustrentur, summa est cura.

Certe in cuiusvis monasterii pretiosissimis antiquitatis reliquiis habenda est copia librorum a maioribus relictorum, quibus ipsa antiquitas vivere ad posteros pergat. Quae superioribus saeculis monachi ad cultum atque humanitatem profecerunt, in bibliotheca quasi in speculo conspiciuntur, licet multa labentibus annis damna evenerint, ut quae profecta sunt, non integre speculo reddantur.

Quod etiam huius monasterii fata testantur. Permulta, quae praeterita saecula dederunt, temporum iniquitate periere; desiderantur multa, quorum fama solum ad nostram memoriam pervenit.

Quae fuerunt a. 1410 et in utraque Turcarum oppugnatione incendia, etiam libris monasterii nostri damnosa fuerunt.[1]) Praeterea dubium vix est, quin a. 1418 Scoti relinquentes

[1]) Hauswirth, Abriss einer Geschichte der Benedictiner-Abtei U. L. F. zu den Schotten in Wien, Wien 1858, 25, 56, 113.

monasterium Germanisque monachis cedentes tabulas gravioris momenti secum abstulerint;[1]) a quibus etiam libros quosdam, qui pluris aestimarentur, ablatos esse haud ineptum videtur colligere. Ceterum ignorantia et neglegentia multa periisse nullo negotio intellegitur; saepenumero enim in ligaturis fragmenta codicum dissectorum eorumque imprimis liturgicorum inveniuntur. His rebus factum est, ut antiquiorum potissimum librorum numèrus ipsius monasterii vetustati minime respondeat.

Codicum pars longe maior ad saeculum XV spectant vel illis temporibus comparati sunt. Fuerunt Abbates quidam, qui et ipsi litteras maxime colerent et suis monachis essent studiorum auctores. E quorum numero, ut paucos commemorem, Ioannes de Ochsenhausen (1428—1446) codices undecim,[2]) quod probari potest, comparavit, codicem numero 304 insignitum propria manu exaravit; Martini de Lewbicz (1446—1461?) nomen quatuor libri exhibent, quos adquisierit,[3]) e quibus unum[4]) magnam partem sua manu scripsit; codicis 251 pars Ioannis Lambacensis Abbatis (1466—1467) operae debetur. Quantum vel ex ipsis indiciis vel ex litterarum forma vel ex argumento dispici potest, a sodalibus monasterii exarati sunt libri viginti quattuor,[5]) cum de reliquorum librariis nihil inveniri possit.

Aucta est librorum copia consuetudine ac familiaritate, quae fuit illis temporibus inter monasterium et universitatem

[1]) Hauswirth 28.

[2]) Codd. 21, 22, 30, 63, 151, 266, 285, 288, 295, 317, 377.

[3]) Codd. 68, 230, 329, 354.

[4]) Cod. 68.

[5]) Codd. 25, 40, 68, 70, 98, 106, 132, 151—153, 174, 192, 250, 251, 258, 275, 304, 328, 358, 391, 395, 397, 402, 405. E librariorum numero memoratu digni prae ceteris videntur: Joannes Nagler de Päsdorf, Wolfgangus de Enzersdorf, Wolfgangus de Everding, Joannes Ratisbonensis.

Vindobonensem,[1]) cuius illustrissimi professores in largitorum numero inveniuntur. Ioannes Polczmacher, decretalium doctor ac praepositus ad s. Petrum Brunensis, quadraginta sex codices de decretalibus, sex de iure civili, triginta morales et poeticos monasterio legavit[2]) ea condicione, ut libri iuridici studiosis et doctoribus iuris data cautione et convenienti pretio commodarentur.[3]) Urbanus Mellicensis, rector universitatis a. 1425 et 1427, canonicus ad s. Stephanum, codices dedit septem;[4]) Nicolaus de Dinkelspühel codicem unum propria manu exaratum,[5]) Ioannes Oppenweyler de Haylprunna, theologiae doctor, codices quattuor,[6]) Narcissus Herz de Berching unum.[7]) Nec deerant alii diversae condicionis homines, qui libros donarent; quod ex inscriptionibus colligere licet, Stephanus Kayser quinque codices,[8]) Thomas de Weytra, sacerdos dioeceseos Pataviensis, quattuor,[9]) Leonardus Dienhofer, qui fuit Wolfgangi de Everding monasterii sodalis frater, quinque,[10]) Christianus Waslab clericus Waitzendorfensis duo,[11])

---

[1]) Cf. Aschbach, Geschichte der Wiener Universität im ersten Jahrhunderte ihres Bestehens, Wien 1865; Kink, Geschichte der kaiserlichen Universität zu Wien, Wien 1854.

[2]) Quorum hoc tempore duodetriginta certo inveniri possunt: codd. 1—9, 77—80, 82, 84, 134—137, 163, 220, 222, 229, 247, 281, 344—346.

[3]) De testamento cf. Wolfsgruber, Regesten aus dem Archive des Benedictinerstiftes Schotten in Wien, apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 105.

[4]) Cf. adnotationem cod. 363.

[5]) Cod 274 ut videtur.

[6]) Codd. 42, 125, 300, 343.

[7]) Cod. 20.

[8]) Codd. 13, 14, 76, 90, 207.

[9]) Codd. 31, 87, 100, 103.

[10]) Codd. 46, 49, 92, 292, 387.

[11]) Codd. 128, 376.

Caspar Kalba, „succentor in scholis nostris“, unum[1]) dono dedit.[2])

Libri, qui sunt saeculo XV recentiores, evidentius conventualium operam produnt[3]) eamque a praepositis monasterii sublevatam et auctam. Nam Benedicti Chelidonii Abbatis (1518—1521) nomen et famam quis ignorat?[4]) Quae Wolfgangus Traunsteiner (1541—1562) ad litterarum studia promovenda fecit, eorum Wolfgangus Schmälzl exstitit laudator.[5]) Ioanni IX Schretel de Kembnat (1562—1583) publico testimonio confirmatur librariam et antiquorum et recentium librorum esse locupletem et insigniter adornatam.[6]) Antonius Spindler (1642—1648) bibliothecam munificentissime auxit.[7]) Imperante Carolo Fetzer (1705—1750), qui meritissimis adnumeratur praepositis, litterae in monasterio maxime florebant;[8]) ad huius aetatem spectant tres antiquissimi, quos habemus, bibliothecae catalogi, in quibus tamen librorum manu scriptorum nulla ratio habetur.[9])

Ac profecto catalogus codicum manu scriptorum antiquioris aetatis non exstat; satis tunc habebant brevibus adnotationibus, quae sunt in ipsis libris, possessorem indicare. Qui diligenter in libros manu scriptos animum adverteret, primus fuit

---

1) Cod. 32.

2) De his aliisque donis cf. Wolfsgruber 99 sq.

3) A monasterii sodalibus exarati expressis verbis dicuntur codices hi: 443, 444, 446—455, 463, 469—471, 480—491, 493, 506—517, 519—521, 524, 530—532, 534, 549, 553, 561, 562, 574, 576, 595, 598—604, 617—619, 626—628, 631—633, 635, 636, 642, 646—653, 659, 679, 680—683, 685, 691—700, 721, 739.

4) Hauswirth 52.

5) Hauswirth 65.

6) Hauswirth 69.

7) Hauswirth 94.

8) Hauswirth 127 sq.

9) Codd. 530—532.

P. Amandus Perschl († 1789), bibliothecarius ac parochus in monasterio.[1]) Hic vir diligentissimus non solum singulos libros historiae ratione habita perscrutatus observationes suas singulari libello collegit, sed etiam nonnullorum apographa confecit.

Antiquissimus, qui exstat, manu scriptorum catalogus isque schedulis contextus Othmaro Helferstorfer debetur, qui vir ab a. 1838 usque ad a. 1861 fuit bibliothecarius ac post usque ad a. 1880 monasterii praepositus. Hoc est unicum gravioris momenti adminiculum, quod in his tabulis conficiendis usui erat. Nam quas M. Ziegelbauer,[2]) W. Wattenbach,[3]) F. Schulte,[4]) M. Mayr,[5]) J. Huemer[6]) praebent adnotationes, ex his quamvis multa conferant ad quasdam particulas bibliothecae examinandas et describendas, in universum pauca lucri fecimus.[7])

Ad rationem huius opusculi quod attinet, in universum secuti sumus institutiones, quae a viris probatis collectae sumptibus societatis Leoninae in lucem prodierunt;[8]) neque

---

[1]) Hauswirth 140.

[2]) Hist. rei litter. O. S. B. I, Aug. Vind. 1754, 527.

[3]) Handschriften des Schottenstifts zu Wien. Archiv für ältere deutsche Geschichte X (1851) 592 sq.

[4]) Rechtshandschriften der Stiftsbibliotheken, Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften LVII (1868) 607 sqq.

[5]) Wiener Handschriften zur bayerischen Geschichte. Neues Archiv für ältere deutsche Geschichte V (1880) 145 sq.

[6]) Iter Austriacum I. Wiener Studien IX (1887) 90 sq.

[7]) Cf. A. Goldmann, Verzeichnis der Handschriftenkataloge der österr.-ungar. Bibliotheken, Leipzig 1888, 49 sq., ubi litterarum monumenta, quae ad hanc bibliothecam spectant, collecta invenias. Quae praeter hos auctores de singulis codicibus ante hoc tempus emissa sunt, suo loco citantur.

[8]) Regulativ für die Bearbeitung von Manuscripten-Katalogen nach den Vorschlägen der hochw. Herren Bibliothekare Albin Czerny (Stift St. Florian), Dr. P. Otto Grillnberger (Stift Wilhering) und Gottfried Vielhaber (Stift Schlägl) entworfen von der historischen Section der Leo-Gesellschaft. Wien 1895.

dissimuletur, quantum nonnumquam Cisterciensium catalogi, qui exstant in Xeniorum Bernardinorum parte secunda inque primis, quos Weis et Grillnberger ediderunt, nobis profuerint.[1]) Accedunt opusculum a Czerny[2]) editum atque catalogi Cremifanensis[3]) et Mellicensis,[4]) quos vestigio haerere neque ad finem productos esse valde dolendum est.[5])

Restat, ut gratias referam P. Coelestino Wolfsgruber, theologiae doctori, magistro doctissimo, qui princeps fuit ad hoc opus suscipiendum, et Antonio Mayer, philosophiae doctori, viro clarissimo, tabularii et bibliothecae Austriae inferioris provinciae directori, qui consiliis saluberrimis me adiuvit et auxit; item P. Paulo Lieger, philosophiae doctori, c. r. gymnasii ad Scotos professori, qui multam diligentiam et operam consumpsit in libro corrigendo.

---

[1]) Xenia Bernardina, P. II, Vindob. 1891.

[2]) Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian, Linz 1871.

[3]) Catalogus codicum manuscriptorum in bibliotheca monasterii Cremifanensis Ord. s. Bened. asservatorum, Lentii 1877—1881.

[4]) Catalogus codicum manu scriptorum qui in bibliotheca monasterii Mellicensis servantur I, Vindob. 1889.

[5]) Praeterea saepius usui nobis erant opera bibliographica haec: Cave, Historia litteraria scriptorum ecclesiasticorum, Oxonii 1740—1743; Denis, Codices manuscripti theologici bibliothecae Palatinae Vindobonensis, Vindobonae 1793—1802; Ebert, Allgemeines bibliographisches Lexikon, Leipzig 1821—1830; Fabricius-Mansi, Bibliotheca latina mediae et infirmae aetatis, Patavii 1754; Hain, Repertorium bibliographicum, Stuttgartiae et Lutetiae Parisiorum 1826—1838; Jöcher, Allgemeines Gelehrtenlexikon, Leipzig 1750—1751; Kropff, Bibliotheca Mellicensis, Vindobonae 1747; Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, Ingolstadii et Augustae Vindelicorum 1768; Oudinus, Commentarius de scriptoribus ecclesiasticis, Lipsiae 1722; Potthast, Bibliotheca historica medii aevi, Berlin 1862; Quetif-Echard, Scriptores ordinis praedicatorum, Lutetiae Parisiorum 1719—1721.

1. (50. a. 1.)

Chart. s. XV, f. 570, m. 2°, man. II, ligat. antiqua lign. restaur., f. 217 abscisum, aliquot litterae initiales rubrae, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est Monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo.“ (De Joh. Polczmacher, professore, decano [1436, 1439, 1441, 1442, 1445, 1447] facultatis iuridicae et rectore [1438] universitatis Viennensis nec non praeposito ecclesiae Brunensis ad s. Petrum cf. Aschbach 582, 589—591, 611 et E. Hauswirth 41. De testamento viri celeberrimi cf. C. Wolfsgruber, Regesten aus dem Archive des Benedictinerstiftes Schotten in Wien, apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 105.)

F. 1ᵃ—570ᵃ. (Inscriptio in tegum. ant. a legitur:) *Repertorium magistri Johannis de calderinis.* Inc.: „A Interdum includit ut C. de nupt.“ Expl.: „Rerum diuisione quod intactum.“ F. 570ᵇ script. vacat. Auctor, iuris canonici doctor Bononiensis, circa annum 1350 floruit. Cf. Fabr.-Mansi I 321; F. Schulte, Die Rechtshandschr. n. 91; F. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 247 sqq.

2. (50. a. 2.)

Chart. s. XV, f. 320, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ imago papae alicuius (Gregorii IX.?), f. 52ᵃ imago b. Mariae virginis, f. 52ᵇ imago clerici legentis. F. 1ᵃ: „Iste liber est monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor dominus Johannes Polczmacher Oremus pro eo.“ Cod. nitide scriptus et bene conservatus est.

F. 1ᵃ—320ᵃ. *(Nicolai de Tudeschis [Panormitani, Abbatis Siculi, moderni] lectura in librum primum decretalium.)* Inc.: „Hec Rubrica potest ad precedencia et ad sequencia sic

continuari." Expl.: „Post temporalem concedat nobis altissimus in secula seculorum Amen. Sit nomen domini benedictum." F. 25^b—30^b et 320^b script. vacant. Nicolaus de Tudeschis Catanensis ordinis s. Benedicti abbas Panormitanus, docuit Catanae Senis Parmae Bononiae. Anno 1434 archiepiscopus Panormitanus factus concilio Basileensi interfuit et a. 1440 ab Felice V. antipapa cardinalis creatus est. Obiit 1445. Cf. Fabr.-Mansi V 134 et Schulte, Die Gesch. der Quellen II 312 sqq.

3. (50. a. 3.)

Chart. s. XV, f. 413, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1^a imago, sicuti videtur, Gregorii IX. papae et duorum virorum doctorum, f. a cap. a: „Iste liber est Monasterii marie .... quem testatus est nobis egregius .... Polczmacher Oremus pro eo."

F. 1^a—413^b. *(Nicolai de Tudeschis lectura in librum II. decretalium.)* Inc.: „Huius Rubrice continuacio patet ex continuacione." Expl.: „Studencium in hac compilacione ad honorem ipsius Amen. Laus deo."

4. (50. a. 4.)

Chart. s. XV, f. 305, m. 2°, man. I (Goswini, qui scripsit cod. 2 et 3), ligat. antiqua lign., f. 1^a littera initialis picta, deinceps rubrae et caeruleae initiales, f. 1^a etc.: „Iste liber est monasterii b. virginis Marie alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher. Oremus pro eo."

F. 1^a—305^a. *(Nicolai de Tudeschis lectura in librum III. decretalium.)* Inc.: „Redemptor postulato suffragio ut ostendat originem." Expl.: „Per suam ineffabilem clemenciam Amen. Nycolaus abbas." Deinde: „Si go ponatur et swi sibi associatur Et nus addatur qui scripsit ita vocatur." F. 305^b script. vacat.

5. (50. a. 5.)

Chart. s. XV (1411), f. 307, m. 2°, man. I (Pauli quondam Henrici de Salina), ligat. antiqua lign. restaur., permultae litterae initiales pulchre

pictae, f. 1ª: „Iste liber est monasterii S. Marie virginis alias schotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor magister iohannes polczmacher Oremus pro eo.“ Cod. nitide scriptus est.

1. F. 1ª—54ᵇ. Inc.: „Postquam de rebus nunc vsque et de spectantibus ad clericos.“ Expl.: „Rapiunt correccionem per canones deo gracias. *Et sic est finis huius quarti decretalium compilati per excellentissimum vtriusque iuris doctorem dominum Antonium de butrio* cuius anima requiescat cum illo qui viuit et regnat per infinita secula seculorum.“ Antonius de Butrio iurisconsultus Bononiensis in patria et Ferrariae docuit. Obiit anno 1408. Cf. Fabr.-Mansi I 122. De editionibus cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 292 et Savigny, Gesch. des röm. Rechtes VI 483. — 2. F. 54ᵇ—60ᵇ. *Incipit repeticio .... eiusdem famosissimi doctoris domini Antonii supradicti* (in cap. 13 tit. XVII libri IV decretalium). Inc.: „Per venerabilem. Hic est solempnis de re obscure dicens.“ Expl.: „De materia dixi s. c. causam. Et sic est finis huius repeticionis per venerabilem etc. Amen.“ — F. 61—64 script. vacant. — 3. F. 65ª—160ª. R. De Rescriptis. Inc.: „Abbates. Diuiditur in duas partes.“ Expl.: „Ex parte in Christo. Cui decus .... Amen. Cuius gracia suffragante et virginis gloriose marie matris eius et B. Antonii scripta illa super clement. compleui XXVIIIº marcii 1397 Bononie Ego petrus de Ancarano vtriusque iuris doctor. *Explicit lectura domini petri de Ancarano super clement.*“ Auctor ex illustri familia Farnesiarum oriundus, celebris iurisconsultus Bononiensis primum in urbe Patavina, deinde Bononiae leges publice docuit. Floruit ca. annum 1380 et obiit Bononiae ca. annum 1410. Cf. Oudin. III 1239 sq. Editiones vide apud Schulte, l. c. II 281. — F. 160ᵇ script. vacat. — 4. F. 161ª—165ª. *R. Hec tabula est super disputacionibus et consiliis domini frederici de Senis per titulos decretalium et primo de constitucionibus Rubrica.* Inc.: „[S]tatuto synodali cauetur.“ Expl.: „De regulis iuris li. VI.“ — F. 165ᵇ—166ᵇ script. vacant. — 5. F. 167ª—297ª. Prologus inc.: „Domini nostri Jesu Christi nomine eiusque matris sanctissime marie virginis.“ Expl.: „Per litteras alphabeti po-

nentur." Quaestiones inc.: „Questio disputata per dominum fredericum de Senis decretorum doctorem in studio paduano. Ad episcopum. Et capitulum communiter pertinet." Expl.: „De usuris. *Expliciunt disputaciones et questiones et consilia eximii decretorum doctoris domini Frederici de Senis* deo gracias. Per me paulum quondam Henrici de Salina anno domini M° CCCC XI die vero XXVIIII mensis decembris." Fabr.-Mansi II 209 duos iurisperitos eiusdem nominis novit, quorum uterque consilia scripsit. — F. 216ᵇ, 232ᵇ, 297ᵇ—298ᵇ script. vacant. — 6. F. 299ᵃ—309ᵃ. *(Lectura in decretum.)* Inc.: „Peruerat. In lectura decreti tenebo ordinem consuetum." Expl.: „De prescriptis li. VI. Et sic est finis istius repeticionis." — F. 309ᵇ script vacat.

6. (50. a. 6.)

Chart. s. XV, f. 232, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ littera initialis pulchre picta, deinceps initiales rubrae et caeruleae, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est monasterii b. marie virginis alias Schotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor magister iohannes polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ᵃ—232ᵃ. Inc.: „De fide instrumentorum Rubrica. Continuata est illa rubrica." Expl.: „Et hoc textus noster expresse vult. *Explicit 2ᵃ pars secundi (decretalium) prosdocimi de Comitibus pad.*" Prosdocimus Comes vel de Comitibus (de Conti) leges Paduae, Sienae, deinde iterum Paduae docuit, ubi 1449 mortuus est. Cf. Jöcheri continuat. VI 973. — F. 232ᵇ script. vacat.

7. (50. a. 7.)

Chart. s. XV, f. 258, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ littera initialis nitide picta, deinceps rubrae et caeruleae initiales, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est monasterii b. marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ᵃ—258ᵃ. (Titulus in tegum. ant. a legitur): *Prosdocimi de Comitibus super secundo decreti* (recte: *decretalium*) *pars prima.* Inc.: „Continuatur hec Rubrica secundum Goffre-

dum dictum est supra de iudicio." Expl.: „Ut in iuribus alle. in glossa. Explicit prima pars 2[1] libri."

8. (50. a. 8.)

Chart. s. XV, f. 360, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ et 265ᵃ litterae initiales pictae, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est Monasterii scotorum wienne testatus ei per egregium decretorum doctorem Magistrum Johannem polczmacher."

1. F. 1ᵃ—259ᵃ. Inc.: „Clerici arma. Si queris vtrum et quando et quibus personis licitum sit." Expl.: „Extendi volumus. *Explicit Heinricus bonhit super tercio libro decretalium.*" De Henrico Bonhit (Bohic, Boyk, Boich, Voich) Armorico, iurisconsulto circa annum 1390, cf. Fabr.-Mansi I 251, III 210 sq.; Oudin. III 1251; Possevin. I 723. Editiones vide apud Schulte, Die Gesch. der Quellen II 267. — 2. F. 259ᵃ—264ᵇ. *(Registrum operis praecedentis.)* — 3. F. 265ᵃ—360ᵃ. *(Eiusdem [?] commentarius in librum quartum decretalium.)* Inc.: „De materia istius quarti libri quid sit matrimonium." Expl.: „Possessor male fidei li. VI." — F. 360ᵇ script. vacat.

9. (50. a. 9.)

Chart. s. XV, f. 196, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ littera initialis nitide picta cum ornamentis, aliae initiales rubrae et caeruleae, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretalium doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ᵃ—196ᵃ. Inc.: „Rubrica hec de accusacionibus inquisicionibus et denunciacionibus continuatur duobus modis." Expl.: „Ad quam obedienciam Christus nos inducat. Amen. *Expliciunt recollecte egregii et famosi decretorum doctoris domini Nicolai de Sicilia (de Tudeschis).*" De auctore eiusque opere cf. quod dictum est ad cod. 2. — F. 196ᵇ script. vacat.

10. (50. b. 1.)

Chart. s. XV, f. 398, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: „Prima pars Biblie a dom. Jacobo empta." Tegum. ant. b: index contentorum, dein: „Comparati (libri veteris testamenti) sunt autem et cor-

recti per Fridericum wolf qui quemlibet intime exorat ut qui utitur libro hoc dicat sibi vnum Aue Maria." Sequitur explicatio aliquot vocabulorum prologi s. Hieronymi. Tegum. post a: enumeratio symbolorum et articulorum symboli Nicaeni cum adnotationibus.

1. F. 1^a—396^a. *(Prima pars bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, libri II Esdrae, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, libri II Machabaeorum. Adsunt interdum notae marginales. — 2. F. 396^b. *Hic continentur aliqua vocabula de XXVIII. cap. libri Exodi et sunt nomina lapidum.* Inc.: „Smaragdus gemmarum omnium virencium." Expl.: „Amorem diligit coniugalem." — 3. F. 397^a—397^b. *Hic continentur aliqua vocabula de XI. cap. libri levitici et sunt nomina Auium.* Inc.: „Griffes fis est." Expl.: „Ipsis afferat et pauorem." — F. 398 script. vacat.

11. (50. b. 2.)

Chart. s. XV, f. 279, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: „Secunda pars Biblie a dom. Jacobo (emta)."

1. F. 1^a. *(Index librorum s. scripturae in hoc codice contentorum.)* — F. 1^b script. vacat. — 2. F. 2^a—5^a. *Sermo super ewangelio dominice quarte post pasca.* Inc.: „[V]ado ad eum .... Duo enim sunt ad que homines." Expl.: „Que ventura sunt annunciabit." — 3. F. 5^a—8^b. *Sermo super ewangelio infra dominicam ascensionis et penthecostes.* Inc.: „[C]vm venerit paraclitus .... Omnis diuina veritas a deo." Expl.: „Certe cecitati et ignorancie." — 4. F. 8^b—11^a. *Sermo (de) dominica 17. post octauam penthecostes.* Inc.: „[C]vm intraret Jesus .... Infirmitates curantur per sua opposita." Expl.: „Inde nos esse lapsuros." — 5. F. 11^b—15^a. *Sermo (de) dominica XXII. post penthecosten.* Inc.: „[S]imile est regnum celorum .... Supra precedenti capitulo legitur." Expl.: „Quo ad culpam." — 6. F. 15^b. *(Adnotatio de divisione librorum s. scripturae et versio titulorum.)* Inc.: „Notandum quod totum corpus biblie." Expl.: „Von den werichen der XII poten." — 7. F. 16^a—241^b. *(Secunda pars bibliae veteris*

testamenti cum prologis s. Hieronymi, hoc ordine:) Lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, lib. Tob., prophet. Isaiae, Jeremiae, Threni, prophet. Baruch, Ezechielis, Danielis, prophetiae minorum prophetarum. — F. 242ª—243ᵇ script. vacant. — 8. F. 244ª—277ª. *(Pronunciamentum de sanctis.)* De aduentu domini. Inc.: „Aduentus domini agitur per quatuor septimanas ad designandum." Expl.: „Rogemus ergo deum vt ipse impetret nobis." Opus historiae Lombardicae Jacobi de Voragine brevissimum excerptum exhibet. — 9. F. 277ª—277ᵇ. *(Excerpta ex s. Gregorio, s. Augustino, s. Bernardo, Beda, Origine, Platone.)* — 10. F. 277ᵇ—278ª. *Nota sollicitudinem pastoralis requisicionis* ut infra habetur in statutis sanctorum. (Quibus diebus ieiunetur et „credo" dicatur, ostenditur.) — 11. F. 278ª. *(Excerpta ex s. Augustino, Chrysostomo, Hieronymo.)* — 12. F. 278ª—279ᵇ. *Incipiunt concordancie ewangeliorum* .... Inc.: „De baptismo et predicacione Mat. 3." Expl.: „Luce ultimo actuum primo. Expliciunt concordancie ewangelistarum ysidorus in libro Ethymologiarum De canonibus ewangeliorum Deo gracias Amen." Quod non convenit cum l. IV c. 14 de canonibus editionis (Colon. 1617) neque alibi potuit inveniri.

12. (50. b. 3.)

Chart. et membr. s. XV, f. 325, 2°, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ª—146ª. *(Pars bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Prophetiae Isaiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch, Ezechielis, minorum prophetarum, Danielis, libri II Machabaeorum. — 2. F. 146ᵇ—149ª. *R. Canones de concordanciis ewangelistarum (s. Hieronymi).* Ed. Ven. 1771, X 2, 671 sqq. — F. 149ᵇ script. vacat. — 3. F. 150ª—218ª. R. Incipit prefacio s. Jeronimi presbiteri in libro quatuor ewangelistarum. Inc.: „Beatissimo pape damaso Jeronymus nouum opus me facere cogis." Opus expl.: „Eos qui scribendi sunt libros. Amen. *(R.) Expliciunt concordancie ewangeliorum per omnes ewangelistas sancti Jeronimi.*" Ed.

l. c. 659—872. — F. 218ᵇ script. vacat. — 4. F. 219ᵃ—287ᵇ. *(Pars bibliae novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae s. Jacobi, s. Petri, s. Joannis, s. Judae, Apocalypsis. — 5. F. 288ᵃ—325ᵇ. *R. Incipiunt Interpretaciones uocabulorum hebreorum per ordinem alphabeti.* Inc.: „Aaz apprehens uel apprehensio." Expl.: „Zusim consiliantes eos aut consiliatores eorum Amen." Est opus spurium venerabilis Bedae. Ed. Colon. 1688, III 371 sqq.

13. (50. b. 4.)

Chart. s. XIV, f. 276, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales aliquot rubrae et caeruleae, f. 3ᵃ: „Liber monasterii b. Marie virginis wulgariter Scotorum Wienne Quem testamentatus est nobis Stephanus Kayser Pie memorie Oremus deum pro eo."

F. 1ᵃ script. vacat. — 1. F. 1ᵇ. *(Excerptum ex s. Thoma 2ᵃ, 2ᵉ, q. III c. IV de ypocritis.)* — F. 2 script. vacat. — 2. F. 3ᵃ—275ᵇ. *(Pars prima bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon. — F. 276ᵃ script. vacat. — 3. F. 276ᵇ. *(Enumeratio librorum s. scripturae veteris et novi testamenti.)*

14. (50. b. 5.)

Chart. s. XIV (1392), f. 275, man. I, ligat. antiqua lign., f. membr. a cap. et ad calc.: fragm. liturg. s. XIII et index contentorum, f. 2ᵃ: „Iste liber monasterii b. Marie virginis wulgariter Scotorum Wienne Quem nobis testamentatus Stephanus Kayser pie memorie Oremus deum pro eo." Codex iste continuat cod. 13.

1. F. 1ᵃ. *(Interpretationes aliquot brevissimae verborum s. scripturae.)* — F. 1ᵇ script. vacat. — 2. F. 2ᵃ—273ᵇ. *(Pars secunda bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Lib. I. Esdrae, lib. Nehemiae, lib. III. Esdrae, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, lib. Job, lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, prophetiae Isaiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch,

Ezechielis, Danielis, duodecim minorum prophetarum, libri II Machabaeorum. F. 68ª legitur: „Explicit liber Job Anno 1392 In kathedra s. petri feria quinta." — F. 274 et 275 script. vacant.

15. (50. b. 6.)

Chart. et membr. s. XV, f. 546, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign. restaur., litterae aliquot initiales pictae, f. 513 pars dimidia abscisa, f. ad calc.: fragm. antiphonarii s. XIII.

F. 1ª—546ᵇ. *(Biblia veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, libri II Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, Canticum canticorum, prophetiae Isaiae, Jeremiae, Baruch, Threni, prophetiae Ezechielis, Danielis, duodecim minorum prophetarum, lib. Tobiae, lib. Job, lib. Judith, lib. Esther, lib. II Machabaeorum, lib. Esdrae, lib. Nehemiae. — F. 514 script. vacat.

16. (50. b. 7.)

Chart. s. XV (1423), f. 290, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, tegum. ant. b: index contentorum.

1. F. 1ª. *(Adnotatio de libro Levitico.)* Inc.: „Nota leviticus est liber de oblacionibus." Expl.: „Quod omni die afferebatur." — 2. F. 1ᵇ. *(Divisio librorum novi et veteris testamenti.)* — 3. F. 1ᵇ. *(Adnotatio de variis interpretationibus s. scripturae, deinde nomina hebraica librorum Pentateuchi.)* — 4. F. 2ª—290ᵇ. *(Pars prima bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, lib. Esdrae, lib. Nehemiae, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, lib. Job, lib. Psalmorum, lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Ecclesiasticus. In fine: „Finito libro tribuatur gracia cristo Sit pax legenti sit perpes vita scribenti Anno dom. M° CCCC° XXIII." — F. 15ᵇ script. vacat.

17. (50. b. 8.)

Chart. s. XV, f. 278, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. post. a: fragm. antiphonarii s. XIII.

1. F. 1ᵃ—120ᵇ. *(Pars secunda bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Prophetiae Isaiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch, Ezechielis, duodecim minorum prophetarum, Danielis, libri II Machabaeorum. — 2. F. 121ᵃ—123ᵇ. *R. Canones de concordanciis evangelistarum (s. Hieronymi).* Cf. cod. 12 (2). — 3. F. 124ᵃ—248ᵇ. *(Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Evangelia [vel potius „concordanciae evangeliorum per omnes evangelistas s. Hieronymi", cf. cod. 12 (3)], epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae s. Jacobi, s. Petri, s. Joannis, s. Judae, Apocalypsis. — 4. F. 248ᵇ—278ᵇ. *R. Incipiunt interpretaciones uocabulorum hebreorum per ordinem alphabeti.* Inc.: „Aaz apprehens uel apprehensio." Expl.: „Zusim consiliantes eos aut consiliatores eorum." De hoc opere Bedae immerito attributo cf. cod. 12 (5).

18. (50. b. 9.)

Chart. s. XV, f. 282, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 2ᵃ et 7ᵇ: litterae initiales pictae, f. 1ᵃ: „Istum Codicem testamentatus est Monasterio beate et gloriose virginis Marie Scotorum Wienne frater Johannes Nagler de päsdorff arcium baccalaureus ante ingressum sue professionis Cuius anima requiescat in pace." Tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus de anima s. XV.

1. F. 1ᵃ. *(Excerptum ex s. Thoma, 2ᵃ 2ᵉ q. III c. IV de ypocritis et ex s. Joannis [Chrysostomi] homilia XXII. de iisdem.)* — 2. F. 1ᵇ. *Nota quedam vocabula super prologum sequentem:* Ambrosius frater. — 3. F. 2ᵃ—282ᵇ. *(Pars prima bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, lib. Iudicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon. — F. 233ᵇ script. vacat. — 4. F. 282ᵇ. *(Ordo librorum veteris testamenti.)*

19. (50. b. 10.)

Chart. s. XV (1465—1466), f. 276, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, f. 1ᵃ: „Volumen istud testamentatus

est Monasterio beate et gloriose virginis Marie Scotorum Wienne frater Johannes Nagler de päsdorff arcium waccalaureus In ingressu sue professionis Oremus pro eo Comede volumen istud et vadens loquere ad filios israel etc. Ezech. c. 2."

1. F. 1a. *(Index contentorum.)* — F. 1b script. vacat. — 2. F. 2a—262a. *(Pars secunda bibliae veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Lib. Proverbiorum, Ecclesiastes, lib. Tobiae, lib. Judith, lib. Esther, lib. Job, Canticum canticorum, lib. Sapientiae, Ecclesiasticus, prophetiae Isaiae, Jeremiae, Threni, prophetiae Baruch, Ezechielis, Danielis, duodecim minorum prophetarum, libri II Machabaeorum. — 3. F. 262b—273a. *(Explicatio vocabulorum, quae in libris supra dictis et in prologis s. Hieronymi occurrunt.)* Inc.: „Ad cromacium et elyodorum qui episcopi fuerunt." Expl.: „Simpliciter i. e. petit." — 4. F. 273a—273b. *(Repetuntur e numero eorum, quae supra explicata sunt, vocabula litt. a incip.)* — 5. F. 274a—276b. *(Versus de supra citatis libris s. scripturae cum glossa interlineari.)* R. Parabole uel proverbia salomonis. Inc.: „Predicat extranea melior remoue bibe sex sunt." Expl.: „Dragmas eupatoris fraus alchima mors nytanoys." Versus sunt fragmentum summae sive argumentorum capitum omnium bibliorum utriusque testamenti Alexandri de Villa Dei, de quo cf. Leyser. Hist. poetarum et poemat. med. aevi, Halae Magdeb. 1721, 767—771. Quae summa etiam tamquam biblia pauperum Alberto Magno attribuitur. Cf. Pavel, Hohenfurter Handschriften in Xenia Bernardina II 2 XCI (7). Editiones vide apud Fabr.-Mansi I 68. — F. 45a legitur: R. Sequitur prologus in librum Job. Anno LXV. — F. 195a. *R. Incipit liber Danielis prophete* Et primo premittitur prologus Anno domini 1466. — F. 273a. R. Anno domini etc. 1466. fuerunt barones in campis cum quodam fortalicio nomine Peinnhoff non remote distans a Zwerndorff Et capitaneus ribaldorum fuit Schettnewangko et francz vom hag Sed dominus ieorius in parte nostra capitaneus erat.

20. (50. c. 1.)

Chart. s. XV, f. 366, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. ad calc. a: „Iste liber fuit Magistri Narcissi (Herz de Berching, [cf. Aschbach

453 sqq.]), quem emit a mag. vrbano de mellico (cf. Aschbach 445 sqq.) quatuor flor. vngr. et 5 sol. Anno 1426 defuncto mag. narcisso emptus est a dom. iohanne de ochsenhausen abbate scotorum pro eadem peccunia."

F. 1ᵃ—366ᵇ. *R. Incipit prologus in Augustinum de ciuitate dei.* Inc.: „Interea cum Roma Gothorum irrupcione." Opus inc.: „Gloriosissimam ciuitatem dei siue in hoc temporum cursu." Expl.: „Deo mecum gratias congratulantes agant. Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto omnipotenti Deo in excelsis in secula seculorum Amen. Et sic est finis libri de ciuitate dei Deo gracias." Ed. Maur. 1685, VII. — F. 141ᵇ—146ᵇ script. vacant.

21. (50. c. 2.)

Chart. s. XV (1433), f. 324, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: excerpta ex s. Augustino et s. Gregorio, deinde: „Iste liber comparatus est tempore johannis abbatis de oxenhausen Oremus pro eo."

1. F. 1ᵃ—323ᵇ. (Alia manu:) *Augustinus super primam Quinquagenam psalmorum* (= enarrationes in ps. 1—50). R. Incipit prologus b. augustini ep. in librum psalmorum. Inc.: „Omnis scriptura diuinitus inspirata." Expl.: „Psalmorum indicent inicia." Prologus non est s. Augustini, sed secundum Maurinos Basilii ad eius commentarios in psalmos praefatio. Opus inc.: „Beatus vir qui non abiit .... De domino nostro Jesu Christo." Expl.: „Deus de illo exigit suam." In fine: „Liber monasterii s. marie alias scotorum in wienna pat. dyoces. scriptus in generali Basiliensi concilio. 1433." Ed. Maur. 1691, IV 1—474. — 2. F. 323ᵇ—324ᵃ. *R. Sequitur illius libri tabula.* — F. 324ᵇ script. vacat.

22. (50. c. 3.)

Chart. s. XV (1434), f. 381, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: „Iste liber comparatus est tempore johannis abbatis de oxenhausen Oremus pro eo." In fine aliquot folia desunt.

1. F. 1ᵃ—229ᵇ. *Incipit Augustinus super secunda Quinquagena psalmorum videlicet: Quid gloriaris in malicia* (= enar-

rationes in ps. 51—76). Inc.: „Psalmus breuis est de quo loquendum suscepimus.“ — Expl.: „Et uestigia tua non cognoscerent. 1434 Scotorum Wyenne.“ Ed. Maur. 1691, IV 475—815. — 2. F. 230^a—381^b. *Quarta pars psalterii* (= enarrationes in ps. 119—140, 20). Inc.: „Brevis psalmus est et ualde utilis.“ Expl.: „Potest mittere in gehennam ignis ....“ (finis deest). Ed. l. c. 1364—1574. — F. 230^b et 382 script. vacant.

23. (50. c. 4.)

Chart. s. XV (ca. 1428), f. 327, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post a: fragm. hebr., f. 1—4 et 6 desunt, f. 7^a etc.: „Hic liber est Cenobii b. marie virginis alias Scotorum wyenne quem testatus est M[agister] Jodocus de heylprunna.“

1. F. 5^a—5^b. *(Registrum.)* — 2. F. 7^a—165^b. *R. Incipit postilla seu exposicio tercie quinquagene psalmorum.* Inc.: „Domine exaudi o[racionem] m[eam] .... Hic incipit tercia quinquagena psalmorum. Vnde notandum quod totalis liber.“ Expl.: „Ad quam laudem nos perducat qui cum patre .... Amen.“ Auctor Jodocus de Haylprunna esse videtur, nam pars altera codicis aliud eiusdem opus exhibet et codex iste ex eius bonis relictus est. — F. 85^a, 114^b—115^b, 166^a—169^b script. vacant. — 2. F. 170^a—327^b. R. 1428 post Colomanni. *Incipit prohemium lecture Magistri Jodoci de Haylprunna in theologia doctoris egregij in Marcum evangelistam de laude et preconio sacre scripture.* Inc.: „In Christi nomine. Amen. Lecturus ex disposicione et licencia inclite matris nostre facultatis theologice.“ Expl.: „Et omnis debetur obediencia in seculorum secula. Amen.“ F. 238^b—239^a, 291^b, 313^a script. vacant. De Jodoco Weiler de Haylprunna, philos. et theol. professore, ad s. Stephanum canonico, ter academico rectoratu intra annos 1433—1447 functo, † 1457 cf. Aschbach 475 sqq., ubi neutrius ex operibus, quae supra citavi, mentio fit. Verisimile est autogramma auctoris exstare. Idem fratribus monasterii nostri familiariter utebatur. Saepius ibi conciones habuit (cf. Denis II 1948) et bibliothecae nostrae complures codices testamento reliquit.

24. (50. c. 5.)

Chart. s. XIV (1390), f. 250, 2°, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1a—167b. *R. In nomine etc. Incipit liber Augustini de sancta trinitate.* Prologus inc.: „Libros de trinitate que deus est quindecim scripsi." Epistola ad Aurelium papam inc.: „De trinitate que deus summus." Lib. I. inc.: „Lecturus hec que de trinitate disserimus." Lib. XV. expl.: „Et tu ignosce et tui. Amen. (R.) Explicit liber de trinitate b. Augustini Anno dom. M° CCC° LXXXX° die dominica sanctorum martirum Procii et Iacincti et cetera. Finito libro sit laus et gloria christo." Ed. Maur. 1694, VIII 747—1003. — 2. F. 168a—250a. *(Flores ex pluribus s. Augustini operibus per Franciscum Mayronium, ordinis fratrum minorum, collecti.)* 1. F. 168a—221b. Flores b. Augustini In libro de trinitate per veritates electas sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod tripliciter contigit." Expl.: „Vbi clausisti operi pulsanti. Amen." — 2. F. 221b—229b. Flores b. Augustini in libro confessionum sic colliguntur. Inc.: „Primum dictum notabile est istud Fecisti nos domine." Expl.: „Sicut appetitus sensitiuus." — 3. F. 229b—233b. Flores b. augustini in libro octaginta trium questionum sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod omne quod est." Expl.: „Aut per adopcionem aut per legem." — 4. F. 233b—237b. Flores veritatum libri b. augustini de mirabilibus sacre scripture sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod ex informa materia." Expl.: „In suum dominium vendicabant." — 5. F. 237b—242b. R. In librum retractacionum. Flores b. augustini in libro retractacionum sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod qui non habet." Expl.: „Non fuit certus." — 6. F. 242b—244a. Flores b. augustini super genesim contra manicheos sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod nulla scriptura." Expl.: „Interficit iuste caput perinditur." — 7. F. 244a—245b. R. Flores b. augustini contra adamancium . . . . sic colliguntur. Inc.: „Prima veritas est quod sincera sapiencia." Expl.: „Per nichil inclinacionem." — 8. F. 245b—246b. R. Veritates siue flores b. Augustini super Mattheum. Inc.: „Prima veritas est quod istud dictum

b. Johannis.“ Expl.: „Mortem non timent.“ — 9. F. 246ᵇ—247ᵇ. Sequitur super Lucam. Inc.: „Prima veritas est quod illud dictum gabriel.“ Expl.: „Finxit se longius ire.“ — 10. F. 247ᵇ—249ᵇ. R. Veritates siue flores in questionibus. Inc.: „Prima veritas quod nullum est inter corpus.“ Expl.: „Vt ipsam perditam recuperet.“ — 11. F. 249ᵇ—250ᵃ. In sermone b. augustini de stoycis et eypicuris. Inc.: „Primum dictum est quod cum paulus apostolus.“ Expl.: „Quam surditas cum visu.“ — 12. F. 250ᵃ. Inc.: „In sermone b. augustini de hoc quod dictum est ego sum quod angelus est.“ Expl.: „Mutari non possum. Amen. Expliciunt libri b. Augustini.“ F. 250ᵇ script. vacat. Franciscus Mayronius vel Maronis, ordinis minorum, Mayroni in comitatu Nizzensi (Jöcher III 334 sq.) aut Dignae in Provincia (Cave II app. 17 sq.) natus, doctor illuminatus vel acutus nec non magister abstractionum dictus, Joannis Scoti discipulus (Wadding. ann. VI 136), circa annum 1315 floruit et 1325 Placentiae obiit. Quamquam auctor opusculum suum saepius „flores“ appellat, hoc nomen apud nullum laudatorum scriptorum neque apud Fabric. (II 195 sqq.), qui uberrimum librorum indicem nobis praebet, invenitur. Ea, quae argumento quidem opus efficiunt, seiuncta et variis nominibus significata inveniuntur ut theologicae veritates sive compendium librorum s. Augustini de civitate dei vel commentarii breves. Praeterea cf. A. Weiss, Handschr.-Verz. von Reun in Xen. Bernh. II 1, cod. 63 et Denis II´ 751 sq.

25. (50. c. 6.)

Chart. et membr. s. XV (1402), f. 133, 2°, man. I (Simonis?), ligat. antiqua lign. restaur., tegum. ant. b: registrum contentorum, in cuius fine legitur: „Omelie autem secundum consuetudinem nostri monasterii in wyenna leguntur pro leccionibus matutinarum secundum signaturam inferius descriptam.“ Cod. in monasterio nostro scriptus esse videtur.

F. 1ᵃ—133ᵇ. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Omelie b. gregorii pape (in evangelia).* Inc.: „Erunt signa in sole .... Dominus ac redemptor noster fratres karissimi paratos nos inuenire desiderans.“ Homilia ultima super evang.: „Si quis

venit ad me" expl.: „Ipse nobis gaudia desiderata concedat.... Amen. Et sic est finis deo gracias. Anno dom. M° CCCC° II° in die s. Johannis baptiste finitus est liber etc. necessitate compulsus etc. Symon Symon Symon. (R.) Laus tibi sit criste quoniam liber explicit iste Amen solamen sprach der blynde zw dem lamen stramen." Ed. Maur. 1705, I 1431 sqq. Epistola s. Gregorii ad episcopum Tauromenitanum et oratio ad plebem de mortalitate, quae in editione col. 1434 sq. exhibentur, desunt codici nostro. Series usque ad homiliam 36 eadem est; deinde sequuntur homiliae 40, 38, 39, 37 editionis. Singulis homiliis praecedunt initia evangeliorum.

26. (50. c. 7.)

Chart. s. XV (1412), f. 185, 2°, man. I (Egydii de Zwyerotycz [cf. cod. 27]), ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae eleganter exaratae, margines foliorum sorde maculati.

F. 1ª—185ª. *(Prima pars moralium [lib. I—XVIII] b. Gregorii papae).* R. Prologus Moralium beatissimi Gregorij pape vrbis Romane ad s. Leandrum Episcopum Spalensem. Inc.: „Reuerendissimo .... Dudum te frater sanctissime in Constantinopolitana vrbe cognoscens." R. Incipit prephacio communis. Inc.: „Inter multos sepe queritur." R. Incipit primus liber. Inc.: „Vir erat in terra Hus .... Idcirco sanctus vir vbi habitauerit." Lib. XVIII expl.: „In ipso suo fonte biberimus. Alleluia alleluia alleluia. Anno domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo finita est hec pars prima Moralium b. Gregorii pape in vigilia vigilie nativitatis Christi Per Egidium Olym Cantorem in Budweys." Ed. Maur. 1705, I 1—604. — F. 185ᵇ script. vacat.

27. (50. c. 8.)

Chart. s. XV (1413), f. 197, 2°, man. I (Egydii de Zwyerotycz), ligat. antiqua lign. restaur., litterae initiales eleganter exaratae.

F. 1ª—197ª. *(Altera pars moralium [lib. XIX—XXXV] b. Gregorii papae.)* R. Incipit liber moralium Decimus nonus.

Inc.: „Quid mirum si eterna dei sapiencia.“ Opus expl.: „Pro me lacrimas reddit. Explicit liber Moralium b. Gregorii pape sub Anno dom. Millesimo quadringentesimo decimo tercio feria ante festum s. Vrbani in Budweys per Egidium de Zwyerotycz olym cantorem ibidem in Budweys Alleluja.“ Ed. Maur. 1705, I 604—1168. — F. 197ᵇ script. vacat.

28. (50. c. 9.)

Chart. s. XV (1448), f. 420, 2°, man. VI (II Pauli de Niclaspurga), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV cum neumis, tegum. post. a: fragm. hebr.

1. F. 1ᵃ—186ᵇ. *R. Incipiunt epistole s. Bernhardi abbatis clareuallensis ad varios status hominum.* Epistola prima ad Robertum nepotem suum qui de cysterciensi ordine transierat ad cluniacensem. Inc.: „Satis et plus quam satis sustinui fili.“ Epistola „exhortatoria ad archiepiscopos et ad orientalem Franciam atque Bauariam ad passagium pro signacione crucis et terre sancte liberacionem“ expl.: „Quod auertat a uobis qui est super omnia deus benedictus in secula Amen. (R.) Expliciunt epistole b. Bernhardi abbatis anno dom. 1448 circa festum sancti Mathie apostoli.“ Alia manus addidit ad Ermirgardam comitissam epistolam, quae inc.: „Recepi delicias cordis mei,“ et prologum in epistolam primam, qui inc.: „Frater Rubertus sancti Bernhardi monachus.“ Codex epistolas 278 continet, quae in opp. omn. s. Bernardi inveniuntur. — 2. F. 187ᵃ—189ᵇ. *R. Incipit registrum epistolarum b. Bernhardi abbatis,* eo ordine quo in hoc libro sunt scripte. quia aliter fuerunt in quodam exemplari ordinate. Et alique eisdem sunt hic addite. — F. 190—192 script. vacant. — 3. F. 193ᵃ—214ᵇ. *R. Incipit liber exhortacionis (de salutaribus documentis) b. Augustini ad quendam Comitem karissimum sibi.* Inc.: „O mi frater karissime si cupias scire.“. Expl.: „Virtus et imperium et potestas in secula seculorum Amen. Explicit liber exhortacionis .... scriptus per manus Pauli de Niclaspurga Anno etc. decemb.“ Opus spurium. Ed. Maur. 1685, VI app. 193—210. — 4. F. 215ᵃ—216ᵃ. *R. Epistola (s. Bernardi?) ad virginem de preconio laudis eius.* Filia fuit comitis

Andegauensis que spreuit thalamum et coniugium regis anglorum pro cubiculo regis celorum et facta monacha et abbatissa fuit. Inc.: „Venerabili abbatisse fontis hebraldi .... Inspector conscienciarum deus.“ Expl.: „Non potui pluribus impeditus.“ Epistola in edit. inveniri non potuit. — F. 216ᵇ script. vacat. — 5. F. 217ᵃ—288ᵇ. Inc.: „Cogitatum habe in preceptis dei .... Hoc clamat lex.“ Expl.: „Habere volens pro repetitis Amen Deo gracias. *Explicit exemplarium decalogi etc.* De Haselpach thomas legis deique magister Ast sicut plebanus fabricat illud opus Anno Millesimo quadringentesimo trigesimo nono. Optat et ipse preces gratas amore dei.“ Aschbach 521, sermones in decalogum commemorat, quos anno 1449 habitos esse dicit. — 6. F. 289ᵃ—303ᵃ. (Inscriptio indicis:) *Questio magistralis de sanctificacione sabbati.* Inc.: „Vtrum sanctificare sabbatum paciatur actuale peccatum.“ Expl.: „Nescio excusaciones de peccato Et tantum de ista questione.“ — 7. F. 303ᵇ—308ᵃ. Inc.: „[D]ilecto fratri priori s. Marci .... Miror quorsum tendat prudencia tua.“ Expl.: „Libros sanctarum scripturarum ad manum haberem. *Explicit epistola b. Bernhardi abbatis Clareuallensis ordinis Cisterciensis ad priorem s. Marci Cluniacensem contra quemdam Geruasium qui sine iusta causa Cistercienses deseruerat.*“ Est epistola dubia et potius compositio ex diversis opusculis s. Bernardi facta. — F. 309—312 script. vacant. — 8. F. 313ᵃ—392ᵃ. *Incipiunt exposiciones auctorum sacre scripture et declaraciones contra hussitas* .... Inc.: „Ivssit reuerendissima vestra paternitas.“ Expl.: „Fuit gubernata ecclesia Christi.“ Bibliotheca Hilariensis partem eiusdem tractatus sub titulo adservare videtur: „Contra certos articulos hussitorum collecta per magistros quosdam Wiennenses ad instanciam domini Cardinalis Placentini. Cf. O. Grillnberger, Die Handschr. der Stiftsbibl. zu Wilhering in Xen. Bernard. II 2 cod. 104. — F. 393—396 script. vacant. — 9. F. 397ᵃ—405ᵇ. *R. Incipit sermo Synodalis de natiuitate Marie virginis.* Inc.: „Liber generacionis Jesu Christi. Hoc verbum dyaconus noster.“ Expl.: „Electissima generacione Jesu Christo prestante qui .... Amen.“ — 10. F. 405ᵇ—411ᵃ. *R. Sequitur de sancto Benedicto sermo bonus.* Inc.: „Benedictus vir .... Saluator

noster dominus Christus in paradiso." Expl.: „In custodiendo illis retribucio multa." — F. 411ᵇ—420ᵃ script. vacant. — 11. F. 420ᵇ. *(Index contentorum.)*

29. (50. c. 10.)

Chart. s. XV (1465, 1466), f. 361, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—2ᵇ. *R. Incipit epistola s. dyonisij ad Thimoteum de morte beatorum apostolorum petri et pauli.* Inc.: „Saluto te diuum discipulum." Expl.: „Laus et cultus in sempiterna secula. Amen." Apud clariores scriptores historiae litterariae epistolae huius mentio non fit. In bibliotheca caesarea Viennensi tria exemplaria adservantur. Cf. Denis I 673, 2108, 2513. — 2. F. 2ᵇ—24ᵇ. *R. Francisci petrarche laureati de secreto conflicto curarum suarum.* Inc.: Attonito michi quidem et sepissime cogitanti." Expl.: „Et fortuna non obstrepat." — 3. F. 25ᵃ—35ᵇ. *R. Incipiunt excerpta elucidacionum mystice theologie magistri Marquardi sprenger presbiteri et Magistri arcium studii wiennensis viri eruditi* (alia manu:) *per patrem Johannem slitpacher similiter magistrum arcium et professum monasterii mellicensis.* Inc.: „Compilator tractatus de mystica theologia." Expl.: „Ad finem quarte partis suarum elucidacionum Ante vigil. Joh. bapt. 1465." De Marquardo Sprenger cf. Aschbach 615. Kropf 416 hunc librum inter opera Johannis Slitpacher (autogr. cod. Mell. G. 23) enumerat. — 4. F. 35ᵇ. *(Excerptum) ex cap. 3° de diuinis nominibus b. dionisij.* — 5. F. 36ᵃ—36ᵇ. *Linco[l]niensis angelice ierarchie cap. 1.* Inc.: „Thearchicus radius nobis adhuc." Expl.: „Recurrat ad originale." — 6. F. 37ᵃ —39ᵃ. *R. Incipiunt prologi in sanctissimi patris nostri beati videlicet dyonisij libros.* — 1. F. 37ᵃ. *Metrum (Johannis Scoti Erigenae ad Carolum Calvum).* Inc.: „Hoc liber (in ed.: libam) sacro grecorum nectare furtim (in ed.: fartam)." Expl.: „Nodose vitis firmiter vna fera (in ed.: ferax)." Sunt XII disticha, quae edita sunt apud Jac. Usserium, Veterum epistol. Hibernic. sylloge, Herbornae Nassovicorum 1696, ep. 22 p. 54 sq. — 2. F. 37ᵃ. *(Alia disticha*

eiusdem ad eundem.) Inc.: „Lumine sidereo dyonisius auxit Athenas.“ Expl.: „Predicti patris mistica dicta docent.“ Ed. Usserius l. c. p. 60 in fine epistolae 23 (Johannis ad Carolum), quae in nostro cod. sub n. 6 (4) exstat. — 5. F. 37ᵃ—38ᵃ. *R. Prefacio Anastasij apostolice sedis bibliotecarij ad excellentissimum regem Karolum (Calvum).* Inc.: „Inter cetera studia que tam laudabilis.“ Expl.: „Ad celeste transferat regnum quandoque.“ Ed. Usser. l. c. ep. 24 p. 61 sqq. De auctore, bibliothecario Romano, abbate et presbytero, qui ca. a. 860 claruit et multa e Graeco in latinum vertit, cf. Fabr.-Mansi I 87 sqq. — 6. F. 38ᵃ—39ᵃ. *R. Gloriosissimo katholicorum regum Karolo Johannes (Scotus) extreme sophie studencium.* Inc.: „Valde quidem admiranda.“ Expl.: „Per excellenciam essencie recurrere.“ Adiacet mihi epistola in editione Usserii l. c. ep. 23 p. 55 sqq. — 7. F. 39ᵃ—39ᵇ. *(Dionysii de angelica hierarchia.)* Prologus inc.: „Quoniam prudencie vestre serenitatem.“ Expl.: „Transferam poteritis imperare.“ Deinde auctor invitat ad comparandam versionem suam cum versione Johannis Scoti. Sequuntur capitula b. Dionysii de angelica hierarchia. Opus inc.: „Omne datum optimum et omne domum perfectum.“ Expl.: „Secretum silencio honorificantes.“ — 8. F. 48ᵃ—60ᵃ. *(Dionysii de ecclesiastica hierarchia.)* R. Epigramma de eccl. ierarchia. Inc.: „Simbola diuinorum mirabilium sacrorum.“ Expl.: „Luminis vnam claritatem.“ Vide apud Denis I 681. Sequitur index capitulorum. Opus inc.: „Quia quidem secundum nos.“ Expl.: „Ignis ascendens usque vapores.“ — 9. F. 60ᵃ—77ᵃ. *(Dionysii liber de divinis nominibus.)* R. Sequitur prologus Johannis saraceni ad Odonem s. dyonisij reu. abbatem. Inc.: „Memor hospicii et mee sponsionis.“ Expl.: „Ad hanc illam reor deferendam.“ Sequitur epigramma: „In animum splendor in diuinis scripturas.“ Expl.: „Diuinos manifestarios ympnos.“ Vide apud Denis I 681 sq. Sequitur index capitum. Opus inc.: „Nunc autem o beate.“ Expl.: „Duce deo transibimus. Amen.“ — 10. F. 77ᵇ—79ᵃ. *Prologus Johannis saraceni ad Odonem abbatem in librum de mistica theologia b. scil. dyonisij eiusdem.* Inc.: „Ante misticam theologiam.“ Expl.:

„Et doceo interpretatur." Opus inc.: „Compresbitero timotheo Dionisius presbiter. Trinitas supersubstancialis et superdea." Expl.: „Et simpliciter absoluti et supra tota." N. 7—10 translatio Johannis Sarraceni, abbatis s. Dionysii apud Paris. med. saec. XII (cf. Jöcher IV 152), cum praefationibus subesse videtur, quae teste Fabricio Colon. 1556 excusa est. — 11. F. 79ᵃ—85ᵇ. *R. Incipit glossa siue commentum (Thomae) abbatis vercellensis super eandem translacionem.* Inc.: „Trinitas supersubstancialis. Duplici modo ad dei cognicionem." Expl.: „Super omnia." Haec glossa distinguenda est ab extractionibus eiusdem auctoris, quas cod. noster sub n. 13 exhibet. Denis auctore (II 483 sq.) a maximis litteratis non est visa. — 12. F. 85ᵃ—95ᵇ. *(Dionysii epistolae undecim.)* Inc.: „Tenebre occultantur lumine et magis multo lumine." Expl.: „Cum ipse in eo viues." Singulis epistolis adnotationes praecedunt. Ordo ut in editis. Epistola ultima ad Apollonium (recte: ad Apollophanem philosophum), quae hodie graece amplius non exstat (Denis I 682), in edit. Corderii, Antwerp. 1634 desideratur. In aliis editionibus v. g. Paris. 1515 adest. — 13. F. 94ᵃ—139ᵇ. 1. F. 94ᵃ. *Prefacio (Thomae) abbatis vercellensis super extracciones quatuor librorum b. dyonisij magni.* Inc.: „Cum in libris magni dyonisij." Expl.: „Et ista extraccio." — 2. F. 94ᵃ—106ᵇ. *Incipit extraccio de angelica ierarchia.* Inc.: „Omne bonum datum naturalium." Expl.: „Gloria dei." — 3. F. 107ᵃ—118ᵃ. *Sequitur ecclesiastica ierarchia.* Inc.: „O Thimothee qui." Expl.: „Diuino ignis accendam scintillas." — 4. F. 118ᵃ—136ᵃ. *Incipit de diuinis nominibus.* Inc.: „Post librum de diuinis caracteribus." Expl.: „Dei nominacionibus." — 5. F. 136ᵃ—137ᵇ. *R. Incipiunt extracciones De mistica theologya.* Inc.: „Trinitas supersubstancialis superdea et super bona inspectrix." Expl.: „Absoluti et super omnia eminentis." — 6. F. 137ᵇ—139ᵇ. *R. Incipit extraccio abbatis vercellensis in epistolam b. dyonisij ad titum pontificem.* Inc.: „O Tite tot a me didicit timotheus." Expl.: „Iuxta consonanciam scripturarum. Explicit 15. Febr. A° (14)66." Auctor, ordinis canonicorum regularium s. Augustini, doctor Parisiensis, demum s. Andreae Vercellensis abbas 1246 de-

functus est. Extractiones exstant in editt. opp. Dionysii Argent. 1502 et Colon. 1556 et aliis. Cf. Oudin. III 9 sqq. — 14. F. 139^b—144^a. *R. Incipit Commentum Magistri hugonis de s. victore (?) super translacionem Johannis Scoti in Misticam theologiam s. dyonisy cum textu interlineariter glossato.* Nota videtur hic tamen aliquibus sc. Johannis Slitpacher quod non sit eius commentum . . . . Inc.: „Trinitas superessencialis . . . . Superessencialis natura causa est.“ Expl.: „Ex ipso prouide commeancia.“ In opp. Hugonis de s. Victore reperiuntur quidem eius adnotationes elucidatoriae de coelesti hierarchia, sed non de mystica theologia. — 15. F. 144^a—145^a. *R. Incipit translacio Linco[l]nii de mistica theologia S. dyonisij.* Inc.: „Trinitas supersubstancialis superdea.“ Expl.: „Simpliciter absoluti et vniuersaliter vniuersa.“ — 16. F. 145^a—150^b. *R. Incipit commentum Linco[l]nii de mistica theologia.* Inc.: Trinitas supersubstancialis . . . . Mistica theologia est secretissima.“ Expl.: „A perfectis beniuole suppleri.“ Robertus Grosseteste (Greathead, capito) ca. 1175 natus in vico Stradbrook agri Suffolcensis studiis Parisiis absolutis factus est Oxfordiae rector scholarum et rector Franciscanorum. 1235 episcopus Lincolniensis factus maxima auctoritate usus est. In numero maximorum virorum suae aetatis habendus est. 1253 diem supremum obiit. Cf. Felten, R. G. Bischof von Lincoln, Freiburg 1857. Translatio et commentarius Argent. 1502 impressa sunt. — 17. F. 150^b—163^a. *S. Joannis Chrysostomi libro duo de compunctione cordis.)* Inc.: „Cum te intueor beate demetri.“ Expl.: „Expendimus penas immortalibus flammis Amen.“ Ed. Lugd. 1687. V 227 sqq. — F. 163^a—168^b script. vacant. — 18. F. 169^a—186^a. *R. Petri damiani humilis monachi apologeticum de Contemptu huius seculi ad albizonem heremitam et petrum cenobitam.* Inc.: „De contemptu huius seculi fratres carissimi.“ Expl.: „Pro me peccatore dignemini semper orare.“ Ed. Paris. 1743, III 121 sqq. — 19. F. 186^b—202^a. *R. Incipit liber petri damiani de perfeccione religiosorum.* Inc.: „Paupereulo debitori licet soluere nequeat.“ Expl.: „Non spernatis vteumque conspicere.“ Ed. l. c. III 141 sqq. — 20. F. 202^a. *R. Versus*

de simoniacis. Inc.: „Incudem symonis fabrilis et antra monete.“ Expl.: „Quisque sua premitur socii nec labe tenetur.“ Ed. l. c. III 42. — 21. F. 202^{b}—203^{a}. *Registrum capitulorum libri petri damiani qui dicitur gratissimus.* — F. 203^{b}—204^{b} script. vacant. — 22. F. 205^{a}—212^{b}. *R. Liber petri damiani qui appellatur: dominus vobiscum episcopi hostiensis prioris fontis auellani.* Inc.: „Non ignoret sanctitatis vestre prudencia.“ Expl.: „Siue lacrimas siue gemitus fundat.“ Ed. l. c. III 110 sqq. — 23. F. 212^{b}—225^{a}. *R. Incipit regula heremitica a petro damiani pocius exponendo quam percipiendo descripta.* Inc.: „Honeste peticionis tue dilectissime fili.“ Expl.: „Procul dubio coheredem Amen.“ Ed. l. c. III 164 sqq. — 24. F. 225^{a}—228^{a}. *(Petri Damiani) R. de ordine vite heremitice.* Inc.: „Cum feruorem sancte conuersacionis vestre.“ Expl.: „Qua perpetuo mansura succedunt.“ Ed. l. c. III 160 sqq. — 25. F. 228^{a}—230^{a}. *R. Sermo Petri damiani de cogitacione.* Inc.: „Letamur de honestissima peticione vestra.“ Expl.: „Recto tramite ad ipsum pervenire valeamus .... Amen.“ Ed. l. c. II 52 sqq. sub titulo: De spiritu sancto et eius gratia. — 26. F. 230^{a}—232^{b}. *(Petri Damiani) R. sermo de vicio lingue.* Inc.: „Cum pius exactor quecumque merces.“ Expl.: „Viuit deo viuenti atque regnanti in secula seculorum Amen.“ Ed. l. c. II 187 sqq. — 27. F. 232^{b}—235^{a}. *R. Sermo eiusdem de spirituali certamine.* Inc.: „Si diligenter considerare volumus.“ Expl.: „Ipse deus benedictus in secula Amen.“ Ed. l. c. II 190 sqq. — 28. F. 235^{a}—240^{b}. *(Petri Damiani invectio in episcopum monachos ad saeculum revocantem. Ad Gislerium episcopum Auximianum.)* Inc.: „Non vobis excidit reuerendissime presul.“ Expl.: „Zelum fraterne caritatis equanimiter ferat.“ Ed. l. c. III 180 sqq. — 29. F. 241^{a}—244^{a} et 253^{a}—254^{b}. *R. Epistola petri damiani ad thesonem (in ed.: Teuzonem) heremitam (de vita eremitica et probatis eremitis.)* Inc.: „Minus se proximum amare.“ Expl.: „In vtrumque procedat recompensacio meritorum.“ F. 241^{a}—244^{a} cap. 1—7, f. 253^{a}—254^{a} cap. 8—10, f. 254^{b} cap. 14 continent; cap. 11—13 desunt. Ed. l. c. III 396 sqq. — 30. F. adglutinatum inter f. 242 et 243 et f. 251^{a}—252^{b}. *R. Epistola petri*

damiani ad Bisuntinum episcopum laudans sepulturam in vita hominis et exhortans inter diuina laudis officia non sedere. Inc.: „Non ignores venerabilis pater.“ Expl.: „De peracto valeas ministerio consignare Amen.“ F. adglut. cap. 1, f. 251^{a}—252^{b} cap. 2—4 continent. Ed. l. c. III 333 sqq. — 31. F. 244^{a}—245^{a}. *R. Exempla de horis canonicis* (= cap. 8 —10 ex tractatu Petri Damiani de horis canonicis). Inc.: „Vt autem salutiferis exhortacionibus.“ Expl.: „Funiculum cum gloria sorciaris.“ Ed. l. c. III 108 sq. Cf. cod. eiusdem n. 36. — 32. F. 245^{a}. *(Ex Petri Damiani tractatu de celebrandis vigiliis fragmentum cap. V.)* Inc.: „Vnde et illud graviter ferimus.“ Expl.: „Molliter viuendi suauitate mulcetur.“ Ed. l. c. III 427. Cf. cod. hunc sub n. 41. — 33. F. 245^{a}—245^{b}. *(Epistolae Petri Damiani ad Marinum de perfecta monachi informatione fragm. cap. III.)* Inc.: „Noui fratrem in Christo.“ Expl.: „Annone mensura facile repleatur.“ Cf. cod. hunc sub n. 49 et 51. Ed. l. c. III 381 sq. — 34. F. 245^{b}—251^{a}. *R. Petrus Damiani Exempla seu miracula missa per Epistolam domino Abbati Desiderio monasterii Cassinensis.* Inc.: „Dum in meo pectore tue caritatis.“ Expl.: „Quasi vox fecunda loquelas.“ Ed. l. c. III 294 sqq. — 35. F. 255^{a}—258^{a}. *R. Epistola petri damiani humilis monachi ad sorores suas Redeundam (in edit.: Rodelindam) et sufficiam viduas.* Inc.: „Vberes divine dispensacionis gracias.“ Expl.: „Meis ex adhortacionibus ad alciora perducat.“ Ed. l. c. I 146 sqq. — 36. F. 258^{a}—261^{a}. *(Petri Damiani) R. de horis canonicis disputacio.* Inc.: „Dum tecum dilectissime in episcopali.“ Expl.: „Occasionum obicibus audeas preterire.“ Hoc fragm. complectitur cap. 1—7; ed. l. c. III 105 sqq. De cap. 8—10 cf. eundem cod. sub n. 31. — F. 261^{b} script. vacat. — 37. F. 262^{a}—264^{a}. *(Petri Damiani de tempore celebrandi nuptias.)* Inc.: „Conquesta est mihi vestra fraternitas.“ Expl.: „Tradicionis regula immobiliter perseveret.“ Ed. l. c. III 343 sqq. — 38. F. 264^{a}—266^{b}. *R. Epistola petri damiani ad B. iudicem quem ad consideracionem futuri iudicij monet et de iusticie equitate seruanda.* Inc.: „Non ignoro quia cum mea epistola.“ Expl.: „Partem habere concedat Amen.“ Ed.

l. c. I 139 sqq. — 39. F. 266^b—269^a. *R. Epistola petri Damiani directa Guillelmo heremite de laude aque bibende.* Inc.: „Miror dilectissime frater cur ad heremum.“ Expl.: „Me sermonem rivulis saciaui.“ Ed. l. c. I 104 sqq. — 40. F. 269^a—272^b. *R. Epistola fratribus clericis canonicis directa a Petro damiani de habendo omnia in communi.* Inc.: „Diu est dilectissimi quod in his.“ Expl.: „Dum proficiat sapienter auditor.“ Ed. l. c. III 256 sqq. — 41. F. 272^a—275^b. *R. De octo annalis circuli venerandis ieiunijs que a plerisque carnalibus violantur disputacio breuis (Petri Damiani).* Inc.: „Naturaliter autem hoc morbo.“ Expl.: „Sine fine victuri feliciter epulemur.“ Deest pars cap. V., quae inc.: „Frater Johannes sic enim vocabatur“ et expl.: „Et adhuc prorsus ignoret.“ Haec pars in f. 291^a eiusdem cod. invenitur. Finis cap. V. in f. 245^a nostri cod. legitur. Vide paulo superius sub n. 32. Ed. l. c. III 424 sqq. — 42. F. 275^b—276^a. *(Epistola Petri Damiani ad Nicolaum II. pontif.)* Inc.: „Quod in partibus nostris.“ Expl.: „Venite et arguite me.“ Ed. l. c. I 4 sq. — 43. F. 276^a—277^b. *R. Epistola (Petri Damiani) fratribus Gamugni directa de sabbato ieiunando.* Inc.: „Pensualium conductores edium.“ Expl.: „In celestis glorie caritate.“ Pars cap. III. deest, quae tamen in f. 291 invenitur; eademque pars simul est fragm. cap. V. tractatus de celebrandis vigiliis. Cf. n. 41 cod. huius. Ed. l. c. III 241 sqq. — 44. F. 277^b—279^b. *R. Petrus damiani In libro qui dicitur gratissimus narrat exempla subsequencia quod per indignos eciam sacerdotes exhibentur sepe miracula.* Inc.: „Immo quid mirum si per malos.“ Expl.: „Ministri virtus exhibuit ministerij.“ Est cap. XVIII. libri qui appellatur gratissimus. Ed. l. c. III 54 sqq. — 45. F. 280^a. *(Petri Damiani epistola ad Petrum monachum.)* Inc.: „Queris a me dilectissime fili.“ Expl.: „Sancti viri precibus compensetur.“ Ed. l. c. I 109 sq. — 46. F. 280^b—281^b. *(Epistola Petri Damiani ad V. abbatem.)* Inc.: „Sanctitatis vestre litteras colende pater.“ Expl.: „In viam vnanimiter consentire.“ Ed. l. c. I 96 sqq. — 47. F. 282^a—287^b. *(Petri Damiani vita S. Rodulphi episcopi Eugubini et Dominici Loricati.)* Inc.: „Pre-

cepit michi beatitudo tua." Expl.: „Dominicus pridie ydus Octobris regnante domino .... Amen." Ed. l. c. II 233 sqq. — 48. F. 287^{b}—291^{a}. *R. Pro Quarumdam solucione questionum biblic epistola Petri damiani ad Albericum.* Inc.: „Vetus narrat historia quia cum filij." Expl.: „Te docere nitimur questiones." Ed. l. c. III 322 sqq. — 49. F. 291^{a}. *(Petri Damiani epistolae ad Marinum fragmentum cap. VI.)* Inc.: „Ad locum porro regiminis." Expl.: „De se fratribus spem reliquit." Cf. cod. hunc sub n. 33 et 51. Ed. l. c. III 383. — 50. F. 291^{a}. *(Petri Damiani de celebrandis vigiliis fragmentum cap. V.)* Cf. cod. hunc sub n. 41 et 43. — 51. F. 291^{b}. *(Petri Damiani epistolae ad Marinum fragmentum cap. IX.)* Inc.: „Romualdus aiebat fratres inquit." Expl.: „Insignibus et mirificis adornato." Cf. hunc cod. sub n. 33 et 49. Ed. l. c. III 384. — 52. F. 291^{b}. *(Petri Damiani epistolae ad Desiderium fragmentum.)* Inc.: „Preterea nonnulli sunt simplices fratres." Expl.: „Per eum dignaretur exhibere prodigium." Ed. l. c. I 38. — 53. F. 292^{a}—293^{b} et 297^{a}—303^{b}. *R. Epistola petri damiani de dimittendo episcopatum pape nicolao missa.* Inc.: „Sacrarium spiritus sancti vestrum pectus." Expl.: „Meisque valeant desiderijs concordare." F. 292^{a}—293^{b} cap. I—II, f. 297^{a}—303^{b} reliqua capita exhibent. Ed. l. c. III 211 sqq. — 54. F. 294^{a}—297^{a}. *R. Epistola petri damiani ad landulfum mediolanensem qui conuersionem sicut promiserat non implebat cum miraculis.* Inc.: „Prestolatus sum et certum tenui." Expl.: „Murus inexpugnabilis milicie christiane." Ed. l. c. III 348 sqq. — 55. F. 304^{a}—308^{b}. *(Petri Damiani apologeticus ob dimissum episcopum.)* Inc.: „Ferunt qui in rimandis rerum." Expl.: „Petro patuit carcer herodis." Ed. l. c. III 221 sqq. — 56. F. 309^{a}—315^{b}. *(Petri Damiani institutio monialis. Ad Blancam ex comitissa sanctimonialem.)* Inc.: „Ad regales nupcias epulaturus accedo." Expl.: „Stili duplex fastidium leuaremus." Ed. l. c. III 386 sqq. — 57. F. 316^{a}—323^{b}. *Epistola petri damiani ad desiderium quod monasterium est viuarium animarum spiritualibus animalibus plenum.* Inc.: „Qui seculum reliquistis quas ereptori." Expl.: „Vomuerat redit vomitumque resumit."

Adsunt tantum cap. I—XXI et initium cap. XXII; reliqua desiderantur in hoc codice. Ed. l. c. III 404 sqq. — 58. F. 324ᵃ—324ᵇ. *R. Incipiunt capitula vite b. Romualdi.* — 59. F. 325ᵃ—339ᵇ et 358ᵃ—361ᵃ. *R. Incipit prologus petri damiani in vitam b. Romualdi.* Inc.: „Aduersum te prorsus immunde munde." Opus expl.: „Kalendarum Iulij regnante domino .... Amen." Ed. l. c. II 205 sqq. — 60. F. 340ᵃ—341ᵃ. *R. Exemplum de heremita ex epistola petri damiani ad golfredum ducem* .... Inc.: „Enimuero quod dicturus sum." Expl.: „Quandoque iusticie reuertaris auctorem." Est cap. V. epistolae ad Gothifredum. Ed. l. c. III 438 sq. — 61. F. 341ᵃ—341ᵇ. *R. Ex epistola petri damiani ad quemdam episcopum in qua hortatur vt ire stimulis mens resistat* .... Inc.: „In arbinati territorio contigit." Expl.: „Vindictam vltorie animaduersionis exercet." Est fragm. cap. IV. epistolae de fraenanda ira. Ed. l. c. III 339. — F. 342 et 343 script. vacant. — 62. F. 344ᵃ—345ᵇ. *R. Incipiunt ad sanctum epistole paulum transmisse a Seneca et eiusdem.* Seneca paulo. Inc.: „Credo tibi paule nunciatum." Expl.: „Parit ad deum istinc properantem Data etc." Praecedit excerptum de Seneca ex s. Hieronymi libro de viris illustribus. Ed. Kraus, Tübinger theol. Quartalschr. 1867, 603 sqq. Cf. Alzog, Grundriss der Patrologie, Freiburg 1888, 103 sq. In margine f. 345ᵇ epitaphium Senecae. Inc.: „Cura labor meritum." Expl.: „Reddimus ossa tibi." Cf. cod. 30 (2). — 63. F. 345ᵇ. *(Fragmentum cap. IX. institutionis monialis Petri Damiani.)* Inc.: „Monachus quidem simplicis nature." Expl.: „Deo desuper vindice terreatur." Cf. supra n. 56. Ed. Paris 1743, III 392. — 64. F. 345ᵃ. *(Petri Damiani epistolae contra clericos aulicos fragm. cap. III.)* Inc.: „Nostris certe temporibus Bononiensi ecclesie." Expl.: „Deiecisti eos dum alleuarentur." Ed. l. c. III 234. — 65. F. 346ᵃ—339ᵇ. *R. Incipit Epistola Petri damiani Qua monachum a regiminis ambicione refrenat* .... Inc.: „Carissime pater dignas auctori." Expl.: „Orare sanctitas non desistat. Ed. l. c. III 228 sqq. — 66. F. 349ᵇ—350ᵇ. *(Petri Damiani de bono suffragiorum fragm. cap. II.)* Inc.: „Vassus quidam burgundio genere." Expl.: „Nequaquam defuturum mihi credo." Ed. l. c. III

288 sqq. — 67. F. 350ᵇ—351ᵃ. *(Petri Damiani de divina omnipotentia fragm. cap. XIV.)* Inc.: „Enimuero cum apud parisiensem oppidum.“ Expl.: „Sanie illius et cruore rubencia.“ Ed. l. c. III 318 sq. — 68. F. 351ᵃ—351ᵇ. *(Petri Damiani de divina omnipotentia fragm. cap. XVII.)* Inc.: „Puerulus quidam quinquennis.“ Expl.: „Vestris vos habere precipiat.“ Ed. l. c. III 321. — 69. F. 351ᵇ—353ᵇ. *(Epistolae Petri Damiani ad eremitas monasterii Gamugnensis fragm.)* Inc.: „Dvo fratres alter iuuenis.“ Expl.: „Spiritus mirificus illustrator accendat.“ Ed. l. c. I 114 sqq. — 70. F. 353ᵇ—356ᵃ. *(Epistolae Petri Damiani de brevitate vitae pontificum romanorum cap. II—V.)* Inc.: „Hic libet aciem mentis paulisper.“ Expl.: „Gloria veraciter sit sublimis.“ Ed. l. c. III 238 sqq. — 71. F. 356ᵃ-357ᵇ et 340ᵃ. *R. Exempla (ex epistola Petri Damiani) ad aldradum abbatem (in ed.: De eleemosyna ad Mainardum episcopum Urbinatem).* Inc.: „Geraldus certe de Farualdo.“ Expl.: „Pietatis opus explebat in nocte.“ Sunt cap. V.—VII. epistolae. Ed. l. c. III 102 sqq.

30. (50. c. 11.)

Chart. s. XV (1437), f. 404, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: 1. „Presentem librum retineo in proprietate mea loco V. flor. vng. a Reuerendo Mag. Johanne Bodew (?) de Helpogen ego Johannes (de Ochsenhausen) abbas Scotorum wienne.“ 2. Index contentorum. 3. Excerpta ascetica. — F. a cap. a: 1. Excerpta ex Bonaventura Hilario Johanne Chrysostomo Platone. — F. a cap. b: Canticum dauid de victoria Goliad. Psalmus Dauid qui repertus est circa grecos et e greco in latinum translatus a Normanno. Inc.: „Minor eram in fratribus meis.“ Expl.: „Et subtuli obprobrium a filiis israhel.“ Ed. Fabr. Cod. pseudoepigr. vet. test. Hamb. et Lips. 1713, 905 sqq. 2. Versus: „Carne sua cristus elementum quodque sacrauit Baptismatis aquam cruce pendens aera terram In tumulo positus ignem dum scandit ad astra.“ 3. Continuatio chronici, quod in fine cod. exhibetur.

1. F. 1ᵃ—128ᵇ. *R. Incipit Epistola siue prologus super subsequens opus (Engelberti abbatis Admontensis) quod intitulatus: Speculum virtutum Moralium.* Inc.: „Excellentissimis et gloriosis principibus dominis suis Alberto et Ottoni Illustribus ducibus iunioribus Austrie et Stirie Englbertus . . . . Cum

publica et sollempni fama.“ Expl.: „In finem humane felicitatis et sic est finis huius operis.deo laus.“ Sequitur: „Nota Narrat philosophus 3. pol. quod sex sunt bona ad que ciuitas ordinatur.“ De Engelberto abbate Admontensi ab anno 1297, defuncto anno 1327, cf. Fabr.-Mansi II 96 sqq.; Gr. Fuchs, Mittheil. des hist. Vereines für Steiermark XI 90 sqq.; J. Wichner, Gesch. des Benedictinerstiftes Admont, Selbstverlag 1878, 1—30 et 511—545, quo loco de Engelberto viro doctissimo et scriptore agitur. De opusculo, quod citavi, plenius disserit Wichner l. c. 534 sqq., ubi noster quoque codex commemoratur. Hunc codicem edidit Pez, Bibl. ascet. III 1—498. — 2. F. 128ᵇ. *Epitafium Senece.* Inc.: „Cura labor meritum sumpti.“ Expl.: „Reddimus ossa tibi.“ Iam in vetustissimis editionibus impress. Cf. Hain II 2 p. 308 n. 14604 et 14605. — 3. F. 129ᵃ—132ᵃ. *(Pseudo-)Seneca de copia verborum.* Inc.: „Primum argumentum composite mentis.“ Expl.: „Que per negligenciam fit.“ — 4. F. 132ᵇ—133ᵇ. *R. Sequuntur capitula Sophilogij.* — 5. F. 134ᵃ—269ᵃ. *Incipit Sophilogium (Jacobi Magni) cuius finis est amare sciencias.* Inc.: „Illustrissimi principis Regis Francorum .... Dicit aristoteles X. ethic. quod homo.“ Expl.: „Scilicet nubere Et loquitur viduc. (R.) Et sic est finis zophilogii Solempnissimi Anno A natiu. dom. MCCCCXXXVII. die vero Mercurii 16. Mensis Januarii In Sacro Generali Concilio Basileensi.“ Adsunt multae notae marginales. Cf. Fabr.-Mansi IV 13. De editionibus vide apud Ebert II 17—18 n. 12779—12782. — 6. F. 269ᵇ. *De arte memorandi.* Inc.: „Nota secundum S. thomam de memoria naturali.“ Expl.: „Indiget ingenio et industria.“ — 7. F. 270ᵃ—328ᵃ. *R. Sequitur Gubernaculum conciliorum per dominum Andream Episcopum Magorensem.* Prologus inc.: „Ad perpetuam Conciliorum Generalium memoriam.“ Opus inc.: „In primis pro fundamento tocius reformacionis.“ Expl.: „Congregata dissoluere propria auctoritate.“ Sequitur epilogus ad Julianum cardinalem. Inc.: „Vobis igitur Reuerendissime zelator.“ Expl.: „Ad gloriam dei et domini nostri Jesu Christi Amen. Explicit gubernaculum conciliorum Scriptum Basilee per quendam thomam Preczlbicz Anno dom. 1437 penultima die Januarij durante ibidem Sacro

concilio.“ Ed. Hardt, Concil. Constanc. VI 139 sqq. De Andrea de Escobar Hispano ord. s. Benedicti monacho, deinde episcopo Megarensi cf. Fabr.-Mansi I 93 sq. — F. 328ᵇ—330ᵇ. *(Tractatus de horis canonicis Henrici de Hassia.)* Inc.: „Sepcies in die .... Quamuis enim deus omni tempore.“ Expl.: „Vitam eternam habebit quam nobis .... Amen.“ In margine f. 328ᵇ manus aequalis aliquot versus de recitacione horarum canonicarum notavit. Inc.: „Sincopa precursus vaga mens erronea verba.“ (Cf. Denis I 1416.) Hartwig, Henricus Langenstein dictus de Hassia, Marburg 1857, II 23 sqq. et Denis I 2214 hunc tractatum operibus dubiis praedicti auctoris adnumerant. Hain II 1 p. 11 n. 8406 et 8407 duas editiones s. l. a. et typ. nominat, quae nomen Henrici de Hassia prae se ferunt. — 9. F. 331ᵃ—364ᵃ. *R. Tractatus de supersticionibus magistri Nicolai Gawr.* Inc.: „Benedicere rei alicui est bona.“ Expl.: „Et presumpcione diuine voluntatis.“ Denis adnotat omnium de Nicolao Gawer silentium neque praeter eiusdem auctoris sermones et tractatum de tribus substantialibus religionis quicquam novit; hoc nomine celari putat Nicolaum de Creuczenach aut Jacobum Gauwr carmelitam Moguntinum aut Nicolaum de Susatu „apud Ludovicum Bav. in pretio habitum, gymnasii Heidelbergensis decus et columnam.“ (I 2136 et 2810.) Cod. Mell. 94 exhibet tractatum Nicolai de Jawer de superstitionibus, in cuius fine legitur: „Editus a magistro Nicolao Gawr in studio Hayldburgensi, pro tunc vicecancellario et doctore theologie. Anno dom. 1448.“ (Catalog. cod. manuscr. Mell. 163 sq.) — 10. F. 364ᵇ. *(Brevis vita Senecae.)* Inc.: „Venerabilis Seneca vir Nobilis de Corduba.“ Expl.: „A Nerone interfectus est.“ — 11. F. 365ᵃ—365ᵇ. *Seneca de moribus (recte: Martinus Braccarensis).* Inc.: „Omne peccatum accio voluntaria est.“ Expl.: „Vita eternam petit calamitatem.“ Cf. Fabr.-Mansi V 39; Bähr, Gesch. der röm. Literatur, Suppl. II, Carlsruhe 1837, 433. Ed. Bibl. patr. Lugd. 1677, X 385 sqq. — 12. F. 366ᵃ—384ᵇ. *Tractatus (Matthaei de Cracovia) de Squaloribus Romane Curie wulgariter portugal antiquus intitulatus.* Et nisi se correxerit est in statu dampnacionis eterne. Inc.: „Moyses factus est tamquam solitudinis amicus.“ Expl.: „Sua immensa miseri-

cordia dignetur per omnia secula seculorum Amen." Ed. Walch, Monim. med. aevi, Gotting. 1757, I 1 sqq. Auctor ex Pomerano genere de Chrochove natus, cancellarius universitatis Heidelbergensis, 1405 episcopus Vormatiensis factus est et anno 1409 legatus Ruperti regis concilio Pisano adfuit. Obiit anno 1410. Cf. O. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen, 3. Aufl. Berlin 1887, II 368 sq. — 13. F. 384ᵇ—385ᵇ. *De verbo increato notandum secundum Henricum de hassia sacre Theologie professorem.* Inc.: Dicit enim Quomodo conueniencius." Expl.: „De illo inexplicabili verbo incarnato." De hoc tractatu Henrici de Hassia cf. Denis I 817. — 14. F. 386ᵃ—401ᵇ. *(Expositio symboli Athanasii, apostolici, Nicaeni.)* Inc.: „In nomine etc. Notandum quod ad explicacionem fidei nostri." Expl.: „De Pilato et non aliorum et sic finitur symbolum cum sua exposicione de quo sit christus in secula benedictus Amen." — 15. F. 401ᵇ—402ᵃ, 404ᵃ—404ᵇ, tegum. post. a et f. a cap. b. *(Brevis historia mundi.)* Inc.: „Prima etas incipit ab Adam et durat usque ad Noe." Expl.: „Sigismundus . . . ." Praeterea tegum. post. a: *Excerptum brevissimum ex chronicis Eusebii et adnotatio de ortu ordinum (ordinis s. Benedicti usque ad ordinem vallis umbrosae) deque ecclesiis Romae existentibus.* — 16. F. 402ᵇ—403ᵇ. *(Series pontificum Romanorum a s. Petro usque ad Gregorium XI. cum notis historicis.)*

31. (50. d. 1.)

Chart. s. XV, f. 229, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum, f. a cap. a: „Hunc librum contulit monasterio b. marie virginis alias scotorum wyenne honorab. dom. thomas de Weytra presbiter patav. dyoc. vt oremus deum pro eo et sibi coniunctis." Cod. in fine manc.

F. 1ᵃ—229ᵇ. *(Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.)* Nicolaus Lyranus, Lyrae in dioecesi Ebroicensi natus, monasterii Vernoliensis ord. s. Francisci professus, Parisiis theologiam docuit (doctor planus et utilis) et a. 1340 obiit. Cf. Wetzer und Welte, Kirchenlexikon, ed. II, IX 321 sqq. Postillae mihi adiacent in Franc. Fevardentii bibliorum sacrorum glossa ordinaria, Venet. 1603. — 1. F. 1ᵃ—2ᵇ. *R. Pro-*

logus primus de commendacione s. scripture in generali. Inc.: „Hec omnia liber vite .... Secundum quod dicit B. gregorius.“ Expl.: „Perducit ad vitam beatam quam ....“ — 2. F. 2ᵇ—4ᵇ. *Incipit prologus secundus De intencione Auctoris et de modo procedendi.* Inc.: „Vidi in dextera .... Sicut dictum est in prologo precedenti.“ Expl.: „Descendamus ad litteram exponendam.“ — 3. F. 4ᵇ—92ᵇ. Inc.: „In principio .... Obmissis diuisionibus curiosis.“ Expl.: „Cum Christo resurgente cui est .... Amen. *(R.) Explicit postilla Mag. Nicolai de lira Super Genesim.*“ — 4. F. 93ᵃ—133ᵃ. *R. Incipit postilla eiusdem super Numerorum.* Inc.: „Locutusque et dominus. Ex predictis in precedentibus libris.“ Expl.: „Iudicia quantum ad iudicialia.“ — 5. F. 133ᵇ—174ᵃ. *R. Incipit postilla eiusdem super deuteronomium.* Inc.: „Declaracio sermonum tuorum .... Sicut dictum fuit in principio Exodi.“ Expl.: „Per aliam prophetam in veteri lege.“ — 6. F. 174ᵃ—200ᵇ. *R. Incipit postilla Super Josue eiusdem.* Inc.: „Introduces eos .... Secundum heb. a libro iosue.“ Expl.: „Nec in bibliis correctis.“ — 7. F. 200ᵇ—228ᵇ. *R. Incipit postilla eiusdem super Judicum.* Inc.: „Suscitauit dominus .... Sicut in libro Josue.“ Expl.: „Eas de uoluntate vestra.“ — 8. F. 228ᵇ—229ᵇ. *R. Incipit liber Ruth.* „Inc.: „In diebus vnius iudicis. Hic communiter ponitur tercius casus.“ Expl.: „Vnius dei gentilitate relicta propter ....“ Finis deest.

32. (50. d. 2.)

Chart. (f. 1 membr.) s. XV, f. 332, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ et 2ᵃ litterae initiales eleganter pictae, f. 2ᵃ: „Iste liber est monasterii b. virginis marie olym scotorum wienne datus eidem ex parte Casparis Kalba de misna qui fuit succentor in scolis predicti monasterii per duodecim annos Oremus pro eo ut anima eius requiescat in pace.“ Cod. in fine manc.

F. 1ᵃ—332ᵇ. *(Thomae de Haselbach sermones super evangelia dominicalia a dominica prima adventus usque ad dominicam infra octavam ascensionis dominicae.)* Prologus inc.: „Crebro multa sollicitudine dum in puerilibus degerem.“ Expl.: „Auctoritate nequaquam statui intytulari.“ Sermones inc.:

„Cvm appropinquasset Jesus Jerosolimis .... Hodie sancta mater ecclesia incipit celebrare.“ Expl.: „Ad finem oracionis scil. ad deum et ad rem ....“ Cf. cod. 34, qui eosdem sermones exhibet. Thomas Ebendorfer de Haselbach 10. Aug. 1387 Haselbach in Austria inferiore natus ab anno 1412 in universitate Viennensi docuit, inter cuius doctores praeclarissimos habetur. Anno 1428 relicta facultate artistica theologicae se adiunxit. Infra annos 1423—24, 1429—30, 1445—46 rector magnificus electus simul canonicus fuit ad St. Stephanum et parochus in Falkenstein, postea in Perchtoldsdorf apud Viennam. Qui non tantum vir doctus et uberrimus scriptor rerum historicarum et theologicarum exstitit, sed etiam in rebus publicis multum versabatur. A Friderico III. imperatore saepius in legationem missus est. Magna etiam fuit auctoritate in concilio Basileensi. Obiit die 8. Jan. anni 1464. Cf. H. Pez, Script. rerum Austr. II 682 sqq.; Fabr.-Mansi III 193; Birk, Scriptores Concil. Basil. I, XXXI sqq.; Aschbach 493 sqq.; Kink I 1, 156; Zeissberg, Oesterr. Wochenschr. 1864 n. 25 et 26, p. 769 sqq. et 810 sqq.; Cruel 494 sqq.

33. (50. d. 3.)

Chart. (f. a cap. et ad calc. membr.) s. XV, f. 278, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—105ᵃ. *R. Incipit Tercia pars postille et sermonum fratris Jordani de tempore nostre redempcionis a dominica in passione vsque ad festum Trinitatis inclusiue.* Prologus inc.: „Postquam in prima parte operis actum est.“ Expl.: „Prout deus dederit prosequamur.“ Sermones inc.: „Dicebat ihesus turbis iudeorum .... Solent innocentes antequam subeant.“ Expl.: „Sponsus videre cupiet quod nobis .... Amen.“ — 2. F. 105ᵇ—274ᵇ. *R. Incipit Quarta pars postille et Sermonum dominicalium fratris Jordani de tempore predicacionis christi et erudicionis nostre ad ewangelicam perfeccionem durante a festo Trinitatis vsque ad Aduentum domini.* Prologus inc.: „Expeditis cum dei adiutorio tribus partibus.“ Expl.: „Tocius quarte partis in generali.“ Sermones inc.: „Estote misericordes .... Naturale est omnibus animalibus.“ Expl.:

„Quod erit in fine sine fine Quo nos .... Amen.“ Alia manus addidit: „Jordanus fuit in vita Anno dom. 1370 Alius fuit Jordanus de ordine predicatorum generalis.“ F. 275—278 script. vacant. Jordanus de Quedlingborg, dictus de Saxonia, ordinis s. Augustini, s. theologiae lector Magdeburgensis, floruit ca. a. 1370. Cf. Cave III app. 74; Fabr.-Mansi IV 176; Jöcher II 1965; Ossinger 800 sqq. Postillae teste Hain II 1 p. 163 n. 9438 Argent. 1483 excusae sunt.

34. (50. d. 4.)

Chart. s. XV, f. 287, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. post. a: fragm. liturg. s. XIII.

1. F. 1^a—9^b. *(Registrum operis sequentis.)* — F. 10—11 script. vacant. — 2. F. 12^a—172^b et 229^a—287^b. Prologus inc.: „CRebro multa solicitudine dum in iunioribus eciam degerem.“ Expl.: „Auctoritate nequaquam statui intitulari.“ Sermones inc.: „Cvm appropinquasset ihesus Jerosolimis .... Hodie sancta mater ecclesia incipit celebrare.“ Expl.: „Te adiuuante peruenire mereamur Amen. *Explicit pars iemalis de tempore Magistri Thome haselpach doctoris wiennensis.*“ Iidem sermones exstant in cod. nostro 32, ubi dixi de auctore. — 3. F. 172^b—185^a *(Sermones tres Thomae de Haselbach de contritione.)* Inc.: „Ecce nunc tempus acceptabile .... Quia ut ait Ambrosius.“ Expl.: „In remissionem peccatorum tuorum.“ — 4. F. 185^a—186^b. *(Thomae de Haselbach expositio epistolae dom. I. quadragesimae.)* Inc.: „Hortamur vos .... Quia tempus valde preciosum est.“ Expl.: „Ex iusticia vite facere possetis.“ — 5. F. 187^a—214^b. *R. Collaciones mag. thome de haselpach de confessione.* Inc.: „Ecce nunc tempus acceptabile .... Et quia presens tempus acceptabile est.“ Expl.: „Ita ergo consolabor vos.“ Sunt sermones VIII. Cum totidem sermonibus cod. Mell. 211 (Catalog. manuscr. Mell. 279) solum initium tertii sermonis congruit. Ex iis, quae Denis (II 295) dicit, concludi non potest sermones anno 1432 in castro Wiennensi habitos eosdem esse, quamquam in utrisque expositio dom. I. quadragesimae praecedit. — 6. F. 214^b—229^a. *R. Sequitur de restitucione (Thomae de Haselbach).* Inc.:

„Videte ne furtiuus sit.“ Expl.: „Ut 33 questione 8na legi.“ In fine: „Huius materie continuacionem vide alibi quia dominus doctor non compleuit in suo exemplari.“

35. (50. d. 5.)

Chart. s. XV, f. 324, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. liturg. s. XIII.

F. 1^a—322^b. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Sermones M[agistri] Thome de haselpach super epistolas dominicales partis hyemalis.* Prologus inc.: „ANnuncia populo meo .... Quasi dicat Si vere speculator es.“ Sermones expl.: „Eterne iocunditatis habeant que nobis .... Amen.“ De auctore cf. quae dixi ad cod. 32. Ab his sermonibus secernendi sunt „sermones dominicales super epistolas Pauli“, quos typis expressos esse Hain II 1 p. 7 n. 8730 dicit. — F. 323 et 324 script. vacant.

36. (50. d. 6.)

Chart. s. XV, f. 297, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.

F. 1^a—297^b. (Inscriptio in tegum. ant. a legitur:) *Sermones Magistri Thome haselpach super epistolas dominicales per estatem.* Inc.: „Dvm complerentur dies pentecostes .... Sanctum pentecostes diem eciam s. apostoli.“ Expl.: „Largitori graciarum acciones Amen.“ Cf. cod. 35.

37. (50. d. 7.)

Chart. s. XV (1438), f. 223, 2°, man. III, ligat. antiqua lign.

1. F. 1^a—10^b. *(Registrum operis sequentis.)* — 2. F. 11^a—210^b. Inc.: „Svrrexit non est hic .... Quando dignitatem festorum tocius anni.“ Expl.: „Dum cum eis erant. *Expliciunt dicta Reuerendi Magistri Thome haselpach Sacre Theologie professoris wyenne super ewangelia tocius anni de tempore (pars aestivalis)* feria secunda proxima post festum b. Bartholomei Anno dom. M° CCCC° XXXVIII° pro cuius fine laudetur deus in secula benedictus Amen.“ — 3. F. 210^b—223^a. *(Additamenta ad praecedens opus.)* Inc.: „[L]oquente Jesu .... Licet naturale sit

quod parentes.“ Expl.: „In hijs tamen caute ambulandum est.“ — F. 100ᵇ, 111ᵇ, 112, 214ᵇ, 215ᵇ, 216ᵇ, 217ᵇ, 218ᵇ, 219ᵇ, 220ᵇ, 221ᵇ, 222ᵇ, 223ᵇ script. vacant.

38. (50. d. 8.)

Chart. s. XV (1443), f. 414, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus scholastici de anima. F. 1ᵃ: „Liber Jacobi de wela quem contulit monasterio scothorum wienne.“

1. F. 1ᵃ—225ᵇ. Inc.: „Si quis diligit me .... Non solum scriptura veteris et noui testamenti.“ Expl.: „Que super omnia benedicta est in secula seculorum Amen. *Expliciunt collecta ewangeliorum partis estiualis egregii eximijque doctoris Magistri Thome de Hazelpach* Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo pronunciata wienne in scola sancti Stephani prothomartiris.“ — 2. F. 225ᵇ—236ᵃ. Inc.: „[V]idi ciuitatem sanctam .... Sicut in veteri Testamento omnia.“ Expl.: „Summus pontifex christus dominus in secula benedictus Amen. *Explicit materia de dedicacione templi M[agistri] T[home] de Haselpach* predicata per eumdem in ecclesia sua parochiali scil. in perchtolczdorff et finita in die conuersionis s. pauli.“ — F. 236ᵇ—240ᵇ script. vacant. — 3. F. 241ᵃ—411ᵃ. Inc.: „AMbulans ihesus iuxta mare Galilee .... Ambrosius quinto libro super lucam cap. VII.“ Expl.: „Qui sine racione purgatorium negant Rogemus ergo dominum deo gracias Amen. *Expliciunt sermones eximii doctoris Magistri thome de haselpach in Austria de sanctis* finiti Anno dom. [14]43°.“ — F. 411ᵇ—414ᵇ script. vacant.

39. (50. d. 9.)

Chart. s. XV, f. 263, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. sermonis s. XIV.

1. F. 1ᵃ—175ᵇ. R. Circa Inicium sermonum de tempore reuerendi magistri Nycolay de dinklspüchel. Inc.: „Ewangelium quod in prima dominica adventus legitur secundum breuiarium patauiensem.“ Expl.: „Ewangelium exponitur in quadragesima.“

(R.) Explicit primus liber sermonum de tempore (per circulum anni) reuerendi magistri N[icolai] dinklspüchel. F. 10^{b}—11^{b} script. vacant. Nicolaus de Dinkelspühel ab oppido Sueviae cognominatus docuit in facultate artistica Viennensi ab anno 1390—1415 varias disciplinas philosophicas, deinde in facultatem theologicam transgressus est. Idem ab anno 1405 usque ad a. 1406 fuit rector magnificus. Concilio Constantiensi interfuit legatus Alberti V. ducis. Primo saeculo universitatis Viennensis conditae una cum Henrico de Hassia et Thoma Ebendorfer de Haselbach in fecundissimis eiusdem scriptoribus habendus est. Obiit 1433. Cf. Fabr.-Mansi II 29; Oudin. III 2302; Cave III app. 124; Kropf 163 sqq.; Aschbach 430—440. H. Schmid, Catal. cod. manuscr. in bibl. mon. Cremifan. asserv. Lentii 1877, I 5. Hain II 1 p. 488 n. 11760 citat editionem postillae cum sermonibus evangeliorum dominicalium. Sermones exstant etiam in cod. 40(9) et 41(2). — 2. F. 177^{a}—211^{b}. *R. Sequitur tractatus de octo beatitudinibus (Nicolai de Dinkelspühel).* Inc.: „In ewangelio quod legitur in festo omnium sanctorum.“ Expl.: „Largiatur nobis omnipotens dominus Amen.“ Ed. Argent. 1516, f. 92^{b}—109^{b}. — F. 212^{a} script. vacat. — 3. F. 213^{a}—224^{b}. *R. Tractatus de septem donis spiritus sancti et septem vicijs ipsis oppositis (Nicolai de Dinkelspühel).* Inc.: „Egredietur virga de radice .... Ex hac auctoritate et alijs.“ Expl.: „Sed magis ad pias affecciones amen.“ Cf. Denis I 2814. — 4. F. 225^{a}—234^{a}. *R. Tractatus paruus (Nicolai de Dinkelspühel) de modo penitendi septem peccata mortalia.* Inc.: „Secundum magistrum et doctores in quarto sentenciarum.“ Expl.: „Preces fundere neglexerit.“ Ed. l. c. f. 146^{a}—152^{b}, ubi est tractatus septimus tit. Confessionale. Cf. H. Schmid l. c. 4 sq. — F. 234^{b}—235^{b} script. vacant. — 5. F. 236^{a}—263^{a}. *R. Sequitur (Nicolai de Dinkelspühel) tractatus de corpore cristi.* Inc.: „Caro mea vere est cibus .... In textu hoc ewangelium precedente.“ Expl.: „Vnus deus in secula benedictus.“ Sunt sermones V, de quibus Denis I 234 ita iudicat: „Inter rarissima Nicolai scripta esse inde conjicias, quod vix unus alterve Bibliographus eorum meminerit.“ — F. 263^{b} script. vacat.

40. (50. d. 10.)

Chart. s. XV, f. 381, 2°, man. V, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: index contentorum. Cod. iste usque ad f. 36 apographum esse videtur codicis a Denis I 811 adlati et in bibliotheca aulica Vindob. adservati, qui saeculo XIV. scriptus monasterio Scotensi a Thoma de Weytra donatus est.

1. F. 1ª—17ª. (Alia manu:) *Incipit tractatus b. bernhardi de templo spirituali.* Inc.: „Domus hec in qua habitamus ex omni parte sua." Expl.: „Quam terrestrium occupacione peruenire. Explicit liber de consciencia s. Augustini (alia manu: Bernhardi)." Opus non est s. Augustini. Legitur inter opera s. Bernardi ed. Maur. V 335 sqq. et inter opera Hugonis a s. Victore ed. Venet. 1588, II f. 81 sqq. sub titulo: Lib. III. tractatus de anima et interiore domu. Oudinus II 1155 neque Hugonis opus esse concedit. — 2. F. 17ª—22ª. *Sequitur de contemptu mundi.* Inc.: „Mvlti multa sciunt et se ipsos nesciunt." Expl.: „Tamquam indignus laudas quod ignoras. Explicit quedam particula de contemptu mundi." Opus falso s. Bernardo attributum est, inter cuius opera ed. Maur. 1719, II 332—349 legitur. Ex diversis sententiis Ambrosii Augustini Hieronymi Gregorii Bernardi contextum esse Denis I 812 monet. Cf. H. Schmid, Catal. cod. manuscr. mon. Cremifan. I 144 sqq. — 3. F. 22ª—23ᵇ. *Hec demon clero transmittit Scripta moderno.* Inc.: „Lucifer princeps tenebrarum terrestria." Expl.: „Caractere in robur permissorum." Haec Luciferi epistola ad clerum, quae plus quam duo saecula singulari gratia usa primum locum in litteris satiricis posterioris mediae aetatis obtinuisse videtur (O. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter, Berlin 1887, II 398), compluribus manuscriptis testantibus Henrico de Hassia adscripta est inprimis ab Hartwig, Henricus de Langenstein II 8—12. Tamen tenor acer epistolae menti clericali Henrici de Hassia repugnat, ut Aschbach 385 dicit. Lorenz Nicolaum Oresmium (de quo cf. Fabr.-Mansi X 120 sq.) auctorem inducit, cui etiam tractatus tribuebatur. Quare auctor incertus manet. Ed. Walch III 247—254; de aliis editionibus cf. Lorenz l. c. — 4. F. 23ᵇ—27ᵇ. *(Henrici de*

Oyta) [S]oluciones quarumdam questionum. Inc.: „Reuerende domine Rudolfe questio vestra prima.“ Expl.: „Qui autem indicat me dominus est Tu autem domine miserere nobis. (R.) Puncta quedam magistri Hainrici de Oyta.“ Proposuit Rudolphus quidam, solvit Henricus de Oyta. Hic ex Frisia oriundus primum in universitate Pragensi, dein in Vindobonensi docuit, cuius studium theologicum cum Henrico de Hassia inauguravisse recte dicitur. Defunctus est 20. Mai 1397. Cf. Fabr.-Mansi III 245 et Aschbach 402—407. — 5. F. 27ᵇ—32ᵃ. *R. Sermo magistralis de S. Bernhardo clarevallis abbate.* Inc.: „Omnis qui se exaltat .... in ewangelio hesterno secundum Rubricam Romanam.“ Expl.: „Exaltatur ibi in gloria Quam nobis ....“ — F. 32ᵃ—34ᵇ. *Sermo de karitate cuiusdam doctoris.* Inc.: „[M]andatum nouum dedi uobis .... O homo ecce tue forme.“ Expl.: „In azimis sinceritatis et veritatis Quod nobis .... Amen.“ — 7. F. 34ᵇ—35ᵃ. *[D]amascenus libr. 4 cap. 16.* Inc.: „Noe accepit preceptum.“ Expl.: „Melior quanto vinum aqua.“ Liber hic Johannis Damasceni de fide orthodoxa est. — 8. F. 35ᵃ—36ᵇ. *Tabula capitulorum Encheridion (s. Augustini).* — 9. F. 37ᵃ—227ᵃ. (Inscriptio indicis:) *Sermones partis hyemalis M[agistri] Nicolai Dinkelspuel.* R. Dominica prima in aduentu domini. Inc.: „Benedictus qui venit .... Ewangelium quod hodie legitur secundum breuiarium patauiensen.“ Expl.: „Sancta trinitas et indiuisa vnitas cui est .... Amen.“ Maxima eorundem sermonum pars exstat in cod. 39 (1) et 41 (2). — F. 83ᵇ, 84, 112ᵇ, 139ᵇ—144ᵇ, 227ᵇ, 228 script. vacant. — 10. F. 229ᵃ—236ᵃ. *(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de praeceptis decalogi fragmentum.)* Inc.: „Octauum est Non loquaris contra proximum tuum.“ Expl.: „Digna premio glorie sempiterne Ad quam .... Amen.“ F. 229ᵃ legitur: „Nota Principium huius tractatus quere si placet in secunda parte sermonum M. nicolai de Dinklspühel de tempore scil. in parte estiuali.“ Ed. Argent. 1516, f. 45ᵇ—49ᵃ. — F. 236ᵇ script. vacat. — 11. F. 237ᵃ—286ᵇ. *(Nicolai de Dinkelspühel?) postillacio super passionem domini.* Inc.: „Egressus Jesus trans torrentem .... Tradendus a discipulo dominus.“ Expl.: „Qui creditis in

nomine filii dei.“ Postillatio ab auctore significato conscripta esse videtur, cum in serie operum eius reperiatur. Sed diversa est a tractatu de passione, quem Denis I 2659 indicat. — 12. F. 287ᵃ—317ᵃ. (Alia manu:) *Tractatus M[agistri] hainrici de hassia de scismate* quod durauit 38 annis et extinctum fuit in concilio constanciensi Anno dom. 1417. Inc.: „Venerabili patri domino ac domino Gregorio Sancte Salczburgensis Ecclesie preposito (manus qua scriptus est tractatus in superiore folii margine addidit: „Alias B[ertholdo] frisingensi episcopo . . . .“) virtutum fulgoribus preclaro Quidam minimus s. Theologie vocatus professor Attendere a falsis prophetis . . . . Olim veteres in populo.“ Expl.: „In hijs temere asserendum.“ Est epistola contra Telesphorum, quam edidit B. Pez, Thes. anecd. I 2, 507 sqq. In calce versus leguntur, qui Pezio defuerunt et excussi sunt apud Denis II 846. Inc.: „Quando finis erit ignoro scismatis huius.“ Expl.: „Qui preit addendo centum sine sex minus vno.“ De argumento epistolae vide Aschbach 384 sq. et Hardt, Rerum conc. oecum. Constant. tom. II proleg. 15. — Henricus Langenstein de Hassia in vico Langenstein in Hassia 1325 natus Parisiis theologiae et philosophiae nomen dedit atque ibidem vicecancellarius factus est. In magno occidentali schismate princeps professorum Parisiensium tanta auctoritate Urbanum VI. papam defendit, ut Parisiis ei discedendum esset. Postquam aliquamdiu Vormatiae fuit, ad universitatem Viennensem vocatus est, ubi brevi tempore maximam auctoritatem est adeptus. Mortuus est 11. Febr. 1397. Cf. Fabr.-Mansi III 216 sqq.; Pez, Isagog. ad tom. II anecd. 74; Oudin. III 1252 sqq.; Cave II app. 120 sq.; O. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen, Berlin 1887, II 362—364; Aschbach 366—402; A. Mayer, Gesch. der geist. Cultur in Niederösterr. Wien 1878, I 184, 374; Hartwig, Henricus de Langenstein dictus de Hassia, Marburg 1857. — F. 317ᵇ—322ᵇ script. vacant. — 13. F. 323ᵃ—380ᵇ. *Opusculum sermonum S. T[homae] de aquino de sacramento eukaristie.* Inc.: „[D]e sacrosancto corporis domini locuturi.“ Expl.: „Milicia est vita hominis super terram.“ — 14. F. 380ᵇ. *(Quae apud moriturum*

agenda sint, docetur.) Inc.: „Nota quod morituro tenetur candela.“ Expl.: „In cinerem reuerteris.“ — F. 381 script. vacat.

41. (50. d. 11.)

Chart. s. XV, f. 248, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus medicinalis s. XIII.

1. F. 1ᵃ—47ᵇ. *R. Incipit Tractatus Magistri Nicolai de dinklspühel super oracione dominica.* Inc.: „Si quid pecieritis .... Sanctus Crisostomus super illo Math. 7.“ Expl.: „In Syon i. in celesti patria quo nos .... Amen.“ Ed. Argent. 1516, f. 49ᵃ—68ᵃ. — F. 48 script. vacat. — 2. F. 49ᵃ—246ᵇ. *(Nicolai de Dinkelspühel sermones de tempore et de sanctis.)* Inc.: „BEnedictus qui venit .... Ewangelium quod hodie legitur secundum breuiarium patauiensem.“ Expl.: „Ut wult b. Bernhardus in quadam epistola.“ Sermones de tempore exstant etiam in cod. 39 (1) et 40 (9). Sequuntur versus, qui saepe occurrunt, alia manu scripti.

„Scotorum wienne claustro liber attinet iste
Cuius patrona virgo materque maria
Est quoque patronus presul gregorius almus
Ordinis qui sancti benedicti nomine grati.“ —

F. 247 et 248 script. vacant.

42. (50. e. 1.)

Chart. s. XV, f. 165, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ: „Liber domini Johannis oppenweyler de haylprunna quem contulit monasterio b. virginis alias Scotorum.“

F. 1ᵃ—165ᵇ. R. In festo pasce. Inc.: „Maria magdalena et maria Jacobi .... Vsitatum est apud reges nobilissimos.“ Expl.: „Fratris nostri francisci et omnium sanctorum nos dignetur perducere .... Amen. *(R.) Explicit pars estiualis postille perntrandi de tempore per dominicas.*“ Veresimile est auctorem illum esse insignem Bertrandum de Turre, qui inter Franciscanos doctor famosus ab anno 1319 archiepiscopus Salernitanus et ab anno 1320 usque ad a. 1324 cardinalis fuit. Cf. Fabr.-Mansi I 244. Hain I 1 p. 388 n. 3003 editionem sermonum de tempore s. l. a. et typ. commemorat.

43. (50. e. 2.)

Chart. s. XV, f. 299, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales rudi modo exaratae, tegum. ant. b: „Hunc Librum contulit frater Johannes de Kremcia Monasterio b. virginis Scotorum 1414."

1. F. 1ª—2ª. *(Registrum sermonum subsequentium.)* — F. 2ᵇ—10ᵇ script. vacant. — 2. F. 11ª. *De pena et malicia eorum qui ludunt ad taxillos vel ad aleam cum taxillis.* Inc.: „Sciendum est Quod illi qui ludunt." Expl.: „Perpetue potetis calicem babilonis." — F. 11 script. vacat. — 3. F. 12ª—289ª. *Incipit primus liber (Nicolai de) dinkelspuel in sermonibus de tempore.* — 1. F. 12ª—163ᵇ. *(Sermones a dominica prima adventus usque ad dominicam palmarum.)* Inc.: „Benedictus qui venit .... Ewangelium quod in prima dominica aduentus legitur secundum breuiarium patauiensem." Expl.: „Et sic acceperunt eum in regem." Cf. cod. 39 (1), 40 (9), 41 (2). — 2. F. 163ª—209ᵇ. *(Tractatus Nicolai de Dinkelspühel de tribus partibus poenitentiae.)* R. primus sermo de penitencia et partibus eius. Inc.: „Ecce nunc tempus acceptabile .... duo sunt tempora hominis." Expl.: „Videlicet naturale ecclesiasticum et diuinum a quo nos .... Amen." Ed. Argent. 1516, f. 68ª—92ª. — 3. F. 209ᵇ—224ª. *R. Secuntur nunc tres sermones (eiusdem) de passione domini nostri iesu christi.* Inc.: „QVamuis deuocionis christiane principalis causa." Expl.: „In celis regnat in eternum cum patre .... Amen." — 4. F. 224ª—246ª. *R. Sequitur nunc exposicio (eiusdem) historie dominice passionis.* Inc.: „In prioribus tribus sermonibus dixi." Expl.: „Idem ipse dominus et saluator noster qui cum patre .... Amen." — 5. F. 246ª—289ª. *(Sermones eiusdem a dominica resurrectionis usque ad dominicam infra octavam ascensionis domini.)* Inc.: „MAria magdalena .... Maria magdalena et maria iacobi." Expl.: „Nec forte noscere tenebantur." — F. 289ᵇ—299ᵇ script. vacant.

44. (50. e. 3.)

Chart. s. XV, f. 173, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., ante f. 75 multa folia perierunt.

1. F. 1ᵃ—74ᵃ. *R. Exhortaciones super epistolas quadragesimales edite a fratre ordinis minorum.* Inc.: „[L]ibet fratres karissimi de sacris misteriis.“ Expl.: „Et mulieris prodijt insipiencia.“ Sequuntur aliquot adnotationes de baptismate, de virtutibus, de morte etc. Auctor anonymus in prooemio gloriatur se multum versatum esse in praedicando verbo divino: „Ad minus 30 annos predicaui, tribus uel quatuor annis in luthomericz (Leitmeritz?) tribus annis et vltra in Grecz super albeam (Königgrätz? Cf. Osterley, Histor.-geogr. Wörterbuch des deutschen Mittelalters, Gotha 1883, 226) 20 annis continuaui ' officium predicacionis ad communem populum in Noua domo (apud Budweis? cf. Osterley l. c. 478) frequenter vno die tres sermones feci vnum in conuentu mane | secundum in Castro et aliquando in parochia uel in dedicacionibus ac patrociniis | circumiacencium uillarum sicut in paumgart | in Jaryschaw in blasenslag in Radmia et in aliis parochijs tercium in conuentu modo post prandium et post uesperas.“ — F. 74ᵇ script. vacat. — 2. F. 75ᵃ—173ᵃ. *(Quadragesimale magistri Joannis Hus.)* Inc.: „IMutemur habitu .... In hijs uerbis omnes generaliter inuitamur.“ Expl.: „Ut non cum hoc mundo dampnemur | Et sic est finis huius tractatus.“ Proxima folii pars, in qua nomen auctoris scriptum fuisse videtur, excisa est simili modo, quo in cod. 48 nomen est erasum. Denis I 1691 hos sermones editoribus ignotos fuisse iudicat. — F. 173ᵇ script. vacat.

45. (50. e. 4.)

Chart. s. XV, f. 240, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., margines foliorum humore laesi.

F. 1ᵃ—240ᵃ. *(Soccus de sanctis.)* Inc.: „VEnite post me .... Beatus Gregorius exponens verbum propositum.“ Expl.: „Transitum impedire non poterit Ad quam gloriam nos perducat.“ F. 72, 73, 240ᵇ script. vacant. Auctorem sermonum Socci alii putant monachum cisterciensem conventus Marienraydensis prope Hildensem, alii Conradum de Brundelsheim (1303—1321) abbatem monasterii Fontis salutis (Heils-

bronn). Cf. Fabr.-Mansi VI 199; Denis II 1866; Visch, Bibl. script. ord. Cisterc., Colon. 1656, 299; Muck, Gesch. von Kloster Heilsbronn, Nördlingen 1879, I 102 sqq.; Cruel 346 sqq. Editiones vide apud Hain II 2 p. 331 sq. n. 14825—14830.

46. (50. e. 5.)

Chart. s. XV, f. 233, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum, f. 1ª: „Iste liber venit a domino Leonardo (Dienhofer) fratre fratris wolfgangi de Euerding."

1. F. 1ª—115ᵇ. (Alia manu:) *Sermones magistrales et vtiles valde Licet incorrecti sint.* Inc.: „Aduentum domini recolentes scientes eum venisse." Expl.: „Nostre redempcionis intelligitur." — F. 116—118 script. vacant. — 2. F. 119ª—232ª. *(Sermones de tempore et de sanctis.)* Inc.: „Mortuus est diues .... Nunc ecclesia sancta incipit cantare et legere." Expl.: „Exclude invidiam fraterne caritatis." — 3. F. 232ᵇ. *(Registrum contentorum.)* — F. 233 script. vacat.

47. (50. e. 6.)

Chart. s. XV (1411), f. 355, 2°, man. VI (ult. Jorii Kempnatis de Lichtenfels), ligat. antiqua lign., fol. a cap.: „In nomine sancte et individue trinitatis Amen Sub anno dom. 1447." Margines foliorum humore laesi, verus fol. ordo: 1—240, 351—355, 241—350.

1. F. 1ª—180ᵇ. Inc.: „ERunt signa in sole .... Saluator noster predicens discipulis suis." Expl.: „Vsque ad finem. *Explicit postilla bona et vtilis collecta de diuersis libris.*" — 2. F. 180ᵇ—182ª. *(Sermo de praeparatione ad mortem.)* Inc.: „Vos estis templum dei .... Sciendum quod quando templum." Expl.: „Huius vite merito contempnerentur." — 2. F. 182ᵇ—192ᵇ script. vacant. — 3. F. 182ª—355ᵇ. *R. Incipiunt Epistole et Ewangelia dominicalia per circulum annum (!)* et primo de adventu domini. Inc.: „QVi diligit disciplinam .... Hijs verbis docet nos salomon." F. 350ᵇ expl.: „Et brachium eius cunctis dominabitur. Explicit collecta de tempore etc. super epistolas et ewangelia dominicalia. Anno domini M° CCCC° XI° completus est iste liber per manus iorij kempnatis de lichtenfels." Sequitur additamentum.

48. (50. e. 7.)

Chart. s. XV, f. 187, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum, f. a cap.: fragm. officii b. Petri et Pauli.

1. F. 1ᵃ—104ᵃ. *Glosa aliquarum epistolarum et ewangeliorum de sanctis (a s. Andrea usque ad s. Catharinam).* Inc.: „Quia fides est fundamentum omnis actus.“ Expl.: „Non sibi displicuissent | Hec Crisostomus wenerabilis magister grecus.“ — F. 54ᵇ—56ᵇ et 104ᵇ—105ᵃ script. vacant. — 2. F. 105ᵇ —139ᵃ. *(Sermones de tempore a die ascensionis domini usque ad dominicam sextam post trinitatem.)* Inc.: „A Festo pasche vsque huc.“ Expl.: „Si linguis hominum loquar et angelorum.“ — F. 139ᵇ—140ᵃ script. vacant. — 3. F. 140ᵃ —141ᵇ. *(Sermo in illud:) Michi autem absit gloriari.* Inc.: „Nonne cottidie videmus homines.“ Expl.: „Que ad vitam deo donante perducit eternam Amen dicant omnia.“ — F. 142ᵃ script. vacat. — 4. F. 142ᵇ. *(Sermo in illud:) Ego sum vitis vera.* Inc.: „In hoc ewangelio christus comparat se.“ Expl.: „Ad cerebrum ascendit.“ — 5. F. 144ᵃ—144ᵇ. *(Sermo in illud:) Vos estis sal terre.* Inc.: „Nota quales debent esse prelati.“ Expl.: „Quia angelus domini exercituum est.“ — 6. F. 144ᵇ—145ᵃ. *Sequitur descripcio oracionis super cap. 6. Math.* Inc.: „Nota oracio secundum damascenum est.“ Expl.: „In oracione spiritum sanctum acceperunt.“ — 7. F. 145ᵃ—152ᵇ. *Sequitur sermo synodalis* .... (Nomen auctoris, nempe magistri *Joannis Hus* erasum est). Inc.: „In omnibus me defectuosum reperiens.“ Expl.: „Ex maria uirgine in secula seculorum benedicto Amen et sic est finis huius synodalis sermonis.“ Ed. Norib. 1588, II f. 27ᵇ sqq. — 8. F. 152ᵇ—161ᵇ. *Sequitur sermo magistri petri Stupne.* Inc.: „In hac venerabili sanctaque synodo ewangelizaturus.“ Expl.: „Jesus christus marie filius qui viuit .... Amen et est finis huius sermonis sinodalis Anno dom. M° CCCC° VI° in curia Archiepiscopali.“ Eundem sermonem Denis I 1701 commemorat. De auctore nihil inveniri potuit. — 9. F. 161ᵇ—170ᵃ. *Sequitur sermo synodalis (Joannis Hus).* Inc.: „State succincti .... Cum triplex turba christiani exercitus.“ Expl.: „Saluatorem

seculi eternaliter benedictum Et sic est finis sermonis synodalis facti per honorabilem virum (nomen erasum est) sacre scripture Baccalaureum sub anno dom. M° CCCC° VII° in die luce ewangeliste in curia Archiepiscopali.“ Ed. l. c. II f. 32ª sqq. — 10. F. 170ª—177ª. *(Joannis Hus quaestio de arguendo clero pro contione.)* Inc.: „Circa preparacionem ewangelii de qua dictum est.“ Expl.: „Que in oppositum sunt adducta.“ Ed. l. c. I f. 149ª sqq. — F. 177ᵇ—180ᵇ script. vacant. — 11. F. 181ª —185ᵇ. *(Joannis Hus tractatus de corpore Christi.)* Inc.: „Inpugnantibus verba ewangelii.“ Expl.: „Resuscitabo eum in nouissimo die.“ Ed. l. c. I f. 163ª sqq. — F. 186ª script. vacat. — 12. F. 186ᵇ—187ᵇ. *Litterae indulgentiarum,* quas Johannes Himel sacrae theologiae professor, canonicus Olomucensis et ad s. Stephanum Viennae, commissarius concilii Basileensis ad totam provinciam Salisburgensem nec non ad alia loca, in favorem Nicolai plebani de Bisencz Viennae 1437 dedit. Sequitur formula absolutionis, deinde aliquot mandata, quae ad indulgentias spectant. De Johanne Himel de Weitz cf. Zschokke, Gesch. des Metropol.-Capitels zum heil. Stephan in Wien, Wien 1895, 381; Aschbach 471 sqq.; Kink I 1, 156.

49. (50. e. 8.)

Chart. s. XV, f. 353, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. breviarii s. XIV, tegum. post. a: „Dominus leonardus dienhoffer de Aschach obijt In die Epiphanie dom. (14)99.“ F. a cap. a: formula absolutionis in articulo mortis, f. a cap. a et b: unum receptum medicinale latine et quinque idiomate germanico scripta, quorum primum inc.: „Also soltu ein trankch machen so du wundt wirst.“ F. a cap. b: index contentorum, deinde legitur: „Iste liber venit monasterio scotorum wienne a domino Leonardo dienhofer fratre fratris Wolfgangi de Euerding.“

1. F. 1ª—12ᵇ. *(Registrum materiarum.)* — 2. F. 13ª—291ᵇ. *(Sermones discipuli de tempore.)* Inc.: „Ecce rex tuus venit .... Egregius doctor noster Thomas de aquino.“ Expl.: „Fuit filius eterne vite ad quam .... Amen.“ In nomine „discipuli“ latet Johannes Herolt ord. praed., qui claruit in Germania ineunte saeculo XV. „Non aliunde fere nobis notus est

quam ex eius operibus, quae virum pium modestum doctum simul et animatum salutis avidum praestant.“ (Quetif I 762.) Oudin. III 2654 patria eum Constanciensem esse credit et monet eum post annum 1460 et 1470 inter theologos et concionatores huius aetatis clarissimum fuisse. Cave II app. 187 vocat eum Basileensem, Possevin. pessima corruptione Berolis. Cf. praeterea Fabr.-Mansi II 37. Catal. manuscr. Mellic. 319 falso Theodoricum de Nurnberga auctorem putat. Opera eius in Germania quam maxime vulgata erant. Editiones inveniuntur apud auctores supradictos et apud Hain II 1 p. 21 sqq. n. 8473—8508. — 3. F. 291ᵇ—315ᵇ. *(Sermones eiusdem de diversis.)* — 1. F. 291ᵇ—300ᵃ. *(Sermones quatuor de cogitatione locutione operibus.)* Primus sermo inc.: „Cogitacio eorum aput altissimum . . . . Sciendum.“ Quartus sermo expl.: „Dampnatus est.“ — 2. F. 300ᵃ—303ᵃ. *R. Sermo de septem peccatis mortalibus.* Inc.: „Peccatum cum consumatum fuerit . . . . Licet interrogatur.“ Expl.: „Non adimplere.“ — 3. F. 303ᵃ —307ᵃ. *R. Sermo de decem preceptis.* Inc.: „Si vis ad vitam ingredi . . . . In verbis prepositis ostendit christus.“ Expl.: „Est peccatum mortale.“ — 4. F. 307ᵃ—310ᵃ. *(Sermones de novem alienis peccatis.)* Primus inc.: „Ab alienis parce . . . . Vnde sciendum.“ Alter expl.: „Quamdiu ieiunare in pane et aqua.“ — 5. F. 310ᵃ—313ᵇ. *(Sermones duo de duodecim articulis fidei.)* Primus inc.: „Omnis qui viuit . . . . Sciendum quod fides est semper predicanda.“ Alter expl.: „Preciosa et dulcia.“ — 6. F. 313ᵇ—315ᵇ. *R. Sermo de septem sacramentis.* Inc.: „Samaritanus appropinquans . . . . Nunc sciendum quod samaritanus.“ Expl.: „Viri diligite vxores vestras.“ — 4. F. 315ᵇ—334ᵃ. *(Sermones eiusdem de communi sanctorum.)* Inc.: „Ego vos elegi . . . . Ex quo christus dicit in ewangelio.“ Expl.: „Ut fuit sponse ipsius.“ — 5. F. 334ᵇ —352ᵇ. *(Sermones eiusdem de sanctis.)* — 1. F. 334ᵇ—336ᵇ. *(In festo angelorum.)* Inc.: „ANgeli eorum . . . . Ex quo hodierna die.“ Expl.: „Inveniet.“ — 2. F. 336ᵇ—337ᵇ. *R. Sequitur de omnibus sanctis sermo.* Inc.: „Gaudete et exultate . . . . Ex quo hodie peragitur solempnitas.“ Expl.: „Terram desiderabilem.“ — 3. F. 337ᵇ—341ᵇ. *(In die animarum.)*

Inc.: „Anima mea .... Ex quo hodie peragitur dies." Expl.: „In suffragis subvenitur." — 4. F. 341^{b}—352^{b}. *(Sermones quatuor de b. Maria virgine.)* Primus inc.: „Beatam me dicent .... Sol non mittit radios." Expl.: „Et vitam suam in bono finiuit Amen."

50. (50. e. 9.)

Chart. s. XV, f. 419, man. II., ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: imago non manu facta (Jesus ingreditur Hierosolymas). F. a cap.: „Discipulus leonardi Ruoswurm de Antiquo Euerding" (prior possess.).

F. 1—4 script. vacant. — 1. F. 5^{a}—347^{a}. *(Discipuli sermones de tempore.)* Inc.: „ECce rex tuus venit .... Egregius doctor noster sanctus thomas de aquino dicit." Expl.: „Inveniebat | Et sic est finis." Cf. de his et sequentibus sermonibus cod. praecedentem. — F. 347^{b} script. vacat. — 2. F. 348^{a}—371^{b}. *(Eiusdem sermones de diversis.)* Inc.: „COgitacio eorum aput altissimum .... Sciendum." Expl.: „Viri diligite vxores vestras." — 3. F. 371^{b}—391^{a}. *(Eiusdem sermones de communi sanctorum.)* Inc.: „Ego elegi vos .... Ex quo christus dicit in ewangelio." Expl.: „Ut fuit sponse ipsius." — 4. F. 391^{b}—408^{b}. *(Eiusdem sermones de sanctis.)* Inc.: „Angeli eorum .... Ex quo hodierna die." Expl.: „Vitam in bono finiuit Et sic finiuntur Sermones discipuli." — 5. F. 409^{a}—414^{b}. *(Registrum sermonum.)* — 6. F. 415^{a}—417^{b}. *(Casus papales, episcopales, interdicta tempore pasche.)* — F. 418 et 419 script. vacant.

51. (50. e. 10.)

Chart. s. XV (1477), f. 262, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum, tegum. post. a: „Dominus leonardus dienhoffer de aschach obijt In die Epiphania domini (14)99."

1. F. 1^{a}—58^{b}. *(Thomae de Haselbach sermones undecim de novem alienis peccatis.)* Inc.: „Ad philipp. primo capitulo hortatur Apostolus fideles." Expl.: „Ut habetur Jeremie 39 Et sic suo modo de alijs." De auctore dixi ad cod. 32. Denis I 2607 de his sermonibus iudicat: „Quisquis eos non

obiter inspexerit, facile statuet, multis Monachorum Fratrumque Postillis, Sermonibus etc., qui sub exortum Typographiae lucem videre, praelo digniores fuisse." — 2. F. 59ᵃ—66ᵇ. *(De septem vitiis capitalibus.)* Inc.: „Misit rex saul apparitores .... Diabolus interpretatur." Expl.: „Deuotorum diligencium sucs proximos." De argumento huius tractatus auctoris anonymi cf. Denis I 2655. — 3. F. 67ᵃ—163ᵇ. *R. Incipit summa donorum.* Inc.: „Quoniam multi subtiliter et vtiliter elaborauerunt." Expl.: „Primo in inmunitate Amen." Huius libri, cuius amplissime auctor anonymus instituisse videtur rationem, absoluti sunt solum tractatus primus de dono timoris atque tractatus secundi de dono pietatis tituli sex. A. Weiss (Handschr.-Verz. der Stiftsbibl. zu Reun in Xen. Bernard. II 1 cod. n. 10) saeculo XIII. medio librum confectum esse putat. — 4. F. 163ᵇ—165ᵇ. *R. Sequitur tabula super Summam donorum secundum Alphabetum.* In fine: „Explicit tabula .... Et finitus est liber Anno (14)77 die sexta feria ante Gordiani et Epimachi martirum." — F. 166 script. vacat. — 5. F. 167ᵃ—202ᵃ. Inc.: „Lvmen confessorum vocatur hec doctrina." Expl.: „Regnat et residet in perpetuo lumine Amen. *Explicit tractatus de doctrina que vocatur lumen confessorum editus et completus ex multis sanctorum dictis et doctorum lecturis per minorem penitenciarium curie romane sacre theologie magistrum andream dydaci hyspanum ordinis s. benedicti* olym ciuitatensis et aiacensis Nunc vero antiquum et pauperem episcopum megarensem que ecclesia fuit in provincia grecorum et terra atheniensi ac commendatorium s. Johannis de ponderato ordinis s. benedicti portugaliensis dyocesis Anno (14)77 in die allexi." De auctore dixi ad cod. 30(7). Opus secundum cod. nostrum 1429 Jordano de Ursinis cardinali et episcopo Albanensi dedicatum est. Editiones vide apud Hain I 1 p. 110 sqq. n. 997—1017, ubi opus „modus confitendi" inscribitur. — F. 202ᵇ script. vacat. — 6. F. 203ᵃ—245ᵃ. (Inscriptio indicis:) *Tractatus de septem vicys capitalibus eiusdem domini andree.* Inc.: „NOtandum quod omnis homo naturaliter." Expl.: „Ad que voto se adstrinxerunt

Et tantum de istis contractibus et septem peccatis capitalibus finitus est in die Seuerini Anno (14)77." Hunc tractatum nusquam libris Andreae de Escobar adnumeratum esse reperio, ex quo concludi licet librarium erravisse. — 7. F. 245ª—246ª. *Tabula precedentis materie scil. de Septem vicys capitalibus.* — 8. F. 246ª—256ª. *(Thomae de Haselbach sermones tres de dedicatione ecclesiae.)* R. Incipit prima collacio de dedicacione ecclesie magistri thome de hasselpach. Inc.: „[V]idi ciuitatem sanctam .... Sicut in veteri testamento omnia exteriora." Expl.: „In fide christi et ecclesie sancte Cui laus sit ...." Secunda collatio inc.: „[A]vdiui vocem magnam .... Cum quanta sollempnitate dedicacio." Expl.: „Christus dominus in secula benedictus." Tertia inc.: „[V]idi ciuitatem sanctam .... Non solum in scripturis sacris." Expl.: „Ibi senes." — 9. F. 256ª—258ª. *(Sermo in illud:) [V]Ir eius et laudabit.* Inc.: „Glosa vir." Expl.: „Crucis." — 10. F. 258ª—259ª. *(Duo exempla modo latine modo germanice scripta.)* Inc.: „Quidam pauper vir cepit." Expl.: „Sepulchrum intrauit." — F. 259ᵇ—262ᵇ script. vacant.

52. (50. e. 11.)

Chart. s. XV, f. 246, 2°, man. IV (I Thomae de Walkenstayn), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: pennae probationes, tegum. post. a: „Gott du ewigs wort Erparm dich hye vber vns vnd an der sel dort." Cod. in fine manc.

1. F. 1ª—104ᵇ. *(Sermones de tempore.)* Inc.: „ECce rex tuus venit .... Si aliquem amicum ad nos suscepturi sumus." Expl.: „Qui preparatus est dyabolo et angelis eius. *Explicit greculus* per manus domini Thome de Walkenstayn (R.) finis adest operis mercedem posco laboris." — 2. F. 104ᵇ. *(Fragmentum sermonis de apostolis Petro et Paulo.)* Inc.: „Hodie colimus." Expl.: „Deuote salutantes dicemus Aue Maria." — 3. F. 104ᵇ—113ᵇ. *(Sermones undecim de resurrectione domini, de ascensione, de spiritu sancto, de exaltatione crucis, de corpore Christi, de dedicatione ecclesiae, in parasceve.)* Inc.: „Christus surrexit .... Verba sunt sancte matris ecclesie."

Expl.: „Intrauit quandam foueam.“ — F. 114—116 script. vacant. — 4. F. 117ᵃ—153ᵇ. *(Jacobi de Voragine legendae aureae seu historiae Lombardicae fragm.)* R. De sanctis per aduentum. Prologus inc.: „Aduentus domini significat tempus reuocacionis siue renacionis.“ Expl.: „Ab octaua pentecosten vsque aduentum domini.“ Opus inc.: „Aduentus domini per quatuor septimanas agitur ad signandum.“ Expl.: „Lapide percussit pariter et occidit ....“ Finis deest. Fragmentum complectitur sequentes sermones: De adventu domini, de s. Andrea, de s. Barbara, de s. Nicolao, de s. Thoma, de nativitate domini, de s. Stephano, de s. Johanne, de innocentibus, de circumcisione domini, in epiphania domini, de conversione s. Pauli, de septuagesima, de sexagesima, de quinquagesima, de quadragesima, de purificatione b. Mariae, de s. Blasio, de s. Matthia. In hoc sermone desinit legenda, quae multas adfert lectiones cum editionibus mihi propositis discrepantes. — 5. F. 154ᵃ—154ᵇ. (De sermonibus hic contentis vide eundem cod. sub n. 8 et 9.) — 6. F. 155ᵃ—178ᵃ. *R. Incipitur pronunciamentum de sanctis.* Inc.: „JOhannes Apostolus et ewangelista filius zebedei.“ Expl.: „Commendando mox obdormiuit in domino.“ — 7. F. 178ᵃ—178ᵇ. *R. Sermo de animabus bonus.* Inc.: „Plora super mortuum .... Sciendum est quod debemus plorare.“ Expl.: „Ut possimus euadere Amen.“ — 8. F. 178ᵇ et 154ᵃ. *(Sermo in illud:) Audiui oracionem tuam.* Inc.: „Hodie audiuimus et legimus de fletu.“ Expl.: „Vitam perpetuam.“ — 9. F. 154ᵃ—154ᵇ. *(Sermo in illud:) Sicut pater habet vitam in semetipso.* Inc.: „Deus dedit tres vitas.“ Expl.: „Gaudium mundi siue peccatum breue.“ — 10. F. 179ᵃ—234ᵇ. *R. Incipit (Antonii Parmensis) postilla super Ewangelia dominicalia per circulum anni.* Dominica in aduentu domini. Inc.: „Cum appropinquasset ihesus iherosolymis .... Tempus quod hodie incipit et durat vsque ad natiuitatem domini.“ Expl.: „Vna est redempcio et redemptor vnusque.“ De Antonio de Azaro vel Azario Parmensi ex ordine praedicatorum nec, ut multi arbitrabantur, priore camaldulensi, concionatore celeberrimo, qui floruit ineunte s. XIV, cf. Quetif-Echard I 529 sqq., qui Colon. ed. 1482 et

Paris. 1515 commemorant. Hain I 1 p. 150 n. 1281 praeterea Parisiensem anni 1500 novit. — 11. F. 235^{a}—241^{b}. *Incipit Rabbi Samuel.* Praefatio translatoris inc.: „Reuerendissimo in Christo patri fratri Hugoni (de Vaucemain) Magistro ordinis predicatorum .... Cum ergo propter prauitatem et insufficienciam.“ Expl.: „In quo speramus.“ Incipit epistola translata de arabico in latinum per fratrem Alfonsum boni hominis hispani ordinis predicatorum .... Epistola quam scripsit Magister Samuel ysrahelita Oriundus de Feis Ciuitate regni Marrochicani ad rabi ysaac Magistrum sinagoge que est in lincz Et in regno predicto .... Inc.: „Noui quod et expertus sum.“ Expl.: „Cuius nomen est benedictum in secula seculorum Amen.“ Epistola demonstrat prophetarum testimoniis Christum dominum verum Messiam venisse, passum, mortuum esse et ad coelos ascendisse, unde iterum venturus sit. Interpres Alphonsus Bonihominis, qui patria lingua dictus est Buenhombre, Hispanus Conchensis aut Toletanus Parisiis anno 1339 vixit. Vir fuit linguae hebraicae et arabicae peritus. Cf. Quetif I 594 sq., quo auctore libri manuscripti et typis expressi locum synagogae, cuius magister Isaac erat, Subulmeza, Subjuljulmeza, Sugelmesse, Sugulmessa adpellant. In hoc codice Lincz (!) legitur. Pluries praelum passa est epistola, v. g. in Bibl. patr. Lugd. 1677, XVIII 519; de aliis multis editionibus vide Fabr.-Mansi I 71, qui germanam quoque editionem interprete Valentino Linck, Altenburgi 1524, commemorant. — 12. F. 241^{b}—243^{a}. *(Sermones de novo sacerdote.)* Inc.: „Refulsit sol in clipeos aureos .... Sol dico i. ihesus christus.“ Expl.: „Ad eternam et perfectam trinitatem perducat Amen.“ — 13. F. 243^{a}—243^{b}. *(Sermo in illud: Domus mea domus oracionis vocabitur.* Inc.: „Quandocunque dominus in ierusalem.“ Expl.: „Cum ille fecit sanatus est.“ — 14. F. 243^{b}—244^{a}. *Sermo de s. Bartholomeo apostolo.* Inc.: „Tv signaculum similitudinis dei .... In verbis istis tria notantur.“ Expl.: „Et honorifice sepelierunt.“ — 15. F. 244^{a}—245^{a}. *(Sermo de s. Laurentio.)* Inc.: „Dispersit dedit pauperibus .... Istud uerbum cantat specialiter.“ Expl.: „Aliter.“ — 16. F. 245^{a}—246^{a}. *R. Sermo de Martyribus bonus.* Inc.:

„Eritis odio omnibus .... Istud uerbum dicitur de sanctis martiribus.“ Expl.: „In vasis uictilibus.“ — 17. F. 246ᵃ—246ᵇ. *(Sermo de b. Maria.)* Inc.: „Svrge domine .... De ista archa sanctificacionis.“ Expl.: „Usque ad finem.“ — 18. F. 246ᵇ. *(Casus papales et episcopales.)* R. Isti sunt remittendi ad papam. Inc.: „Item omnes hereticos et Judeos.“ Expl.: „Et alijs solempnitatibus.“ R. Isti sunt remittendi ad episcopum. Inc.: „Primo qui non sunt confessi.“ Expl.: „Qui mortales inimicicias et ....“ Finis deest.

53. (50. e. 12.)

Chart. s. XV (1446), F. 183, 4°, man. IV, ligat. antiqua lign., f. a cap. et ad calc. (membr.): fragm. tractat. scholastici s. XIII, f. ad calc. b: „Anno domini 1457 rex ladislaus fuit intoxicatus prage per bohemos ante festum katherine Anno etatis sue forte uicesimo.“ Margines humore putridi.

1. F. 1ᵃ—129ᵃ. *(Lucae Patavini sermones de tempore super epistolas et evangelia.)* R. Dominica prima In adventu domini. Inc.: „Veni domine ihesu .... licet circa solas dominicales epistolas et ewangelia.“ Expl.: „Sanctum terribile nomen eius Rogemus ergo omnipotentem deum Laus omnipotenti deo. Explicit Lucas parisiensis (falso) Anno domini 1446.“ Lucas Patavinus, monachus ordinis minorum, obiit 1245. Cf. Fabr.-Mansi IV 281. Etiam in cod. 1349 bibliothecae caesareae Vindobonensis Lucas immerito Parisiensis nominatur. Cf. Denis II 1856 sq. — F. 13ᵇ, 64ᵃ—65ᵇ, 129ᵇ—133ᵇ script. vacant. — 2. F. 134ᵃ—162ᵇ. *R. Incipiunt sermones de aduentu domini Johannis de sancto gemininiano.* Inc.: „Benedixit te dominus .... Quamuis illud verbum secundum literam.“ Expl.: „Sic expediri videbitur et congrui. Expliciunt sermones dicendi per adventum domini de historia Judith.“ Johannes Gorus sive Gorinus de s. Geminiano Etruscus, Senis ordini s. Dominici se adstrinxit. Floruit circa annum 1314 et obiit post annum 1323. Cf. Fabr.-Mansi IV 79. Quetif-Echard I 528 sqq. enumerant eius opera atque sermonum de adventu domini duo noverunt genera, quorum alterum prodiit Parisiis 1512. — 3. F. 162ᵃ—165ᵇ. *R. Iste sermo potest predicari in magna feria sexta uel sabbato ad*

compassionem beate virginis marie. Inc.: „Ibi dolores .... Licet beatissima mater domini.“ Expl.: „Cum gloria immortalitatis et eternitatis In qua filius cum patre .... Amen.“ — 4. F. 165^b—170^a. *Sermo de s. katherina collectus A magistro Michahele predicatore In Sulczbach factus ad instanciam plebani de hirsaw in die sue veneracionis eiusdem virginis.* Inc.: „Mvltiplicabo semen .... Hec verba quamquam literaliter.“ Expl.: „In eterna requie quiescere valeamus Amen.“ In fine: „Hec extracta sunt ex dictis Alberti magni super exposicionem canticorum trium puerorum Et presertim super illo uersu Benedicite stelle celi domino.“ — F. 170^b script. vacat. — 5. F. 171^a—182^a. *(Exemplorum variorum congeries.)* Inc.: „Primum querite regnum dei.“ Expl.: „Se fieri christianum postulauit.“ — 6. F. 182^a—182^b. *(Sermo de oratione dominica.)* Inc.: [V]olumus fratres dilectissimi parvam uobis admonicionem.“ Expl.: „Cum angelis dei Amen.“ — 7. F. 182^b. *(Descriptionis civitatis Hierosolymitanae fragmentum.)* Inc.: „Civitas iheros. ista est fortissima muris et turribus munita.“ Expl.: „Comedite reficite vos.“ — F. 183 script. vacat.

54. (50. f. 27.)

Chart. s. XIV/XV, f. 94, 4°, man. IV, ligat. antiqua lign., in interior. tegum. part. fragm. hebr., f. a cap. b: orationes ad Jesum. F. 1 deest.

1. F. 2^a—82^b. (*Orationale,* ex quo orationes sequentes inprimis commemorentur.) — 1. F. 2^b—4^a. *R. Oracio s. bernhardi abbatis.* Inc.: „O Bone iesu in adiutorium meum intende.“ Expl.: „Laudabile complementum.“ — 2. F. 4^a—5^b. *R. Oracio B. bernhardi.* Inc.: „O fons misericordie.“ Expl.: „Et regnanti in secula seculorum amen.“ — 3. F. 6^b—10^a. Inc.: „Salue mundi salutare.“ Expl.: „In cruce salutifera. *R. Explicit oracio b. bernhardi.*“ (falso!) Ed. Maur. 1719, II 916. — 4. F. 11^a—12^a. *R. Humilis confessio peccatorum indigni laudatoris.* Inc.: „[I]gnosce domine ignosce.“ Expl.: „Laudabunt te domine.“ — 5. F. 13^a—17^a. *R. Incipiunt suspiria s. Augustini aurelii episcopi.* Inc.: „Deus misereatur nostri.“ Expl.: „Tuorum delecter vngentorum Amen

Amen." — 6. F. 17^b—19^b. *R. Incipiunt indulgencie de armis christi.* Inc.: „Culter qui circumdedisti sacrosanctum carnem Christi." Expl.: „Mater Christi o maria Amen." Praecedunt versus de indulgentiis, qui inc.: „Hijs qui arma ferunt christi." — 7. F. 20^b—21^a. *R. Item oraciones de compassione virginis gloriose.* Inc.: „Matutino tempore marie nunciatur." Expl.: „Qui venturus." — 8. F. 21^a—26^b. *(Oraciones de apostolis et de ss. Nicolao Vito Wenceslao Adalberto Procopio.)* Inc.: „[A]Ve sancte petre." Expl.: „Protegamur aduersis." — 9. F. 31^a—31^b. *R. [B]eatus Gregorius papa composuit oracionem subsequentem.* Inc.: „Aue manus dextra Christi." — Expl.: „Post et ante Amen." — 10. F. 31^b—33^b. *R. Incipit oracio sanctorum patrum bernhardi et Anshelmi de passione domini.* Inc.: „Quid retribuam domino." Expl.: „Et nomen domini inuocabo." — 11. F. 40^a—45^a. *(Septem tristitiae b. Virginis.)* Inc.: „[A]ve maria mater christi pia." Expl.: „In perpetuum benedictus Amen." — 12. F. 46^b—48^b. *R. Item oracio pulcra et salubris ad Jesum.* (In margine:) *Jubilus b. bernhardi* (falso). Inc.: „Jesu dulcis memoria." Expl.: „Frui cum celi ciuibus Amen Amen." Ed. Maur. 1719, II 914. — 13. F. 49^a—50^a. *R. Hanc oracionem sequentem cum salutacione angelica edidit iohannes de Gelnhusen* Moguntinensis diocesis notarius reuerendissimi in Christo patris domini pilei tituli s. braxedis presb. Cardinalis archiepiscopi Rauenensis .... Inc.: „Aue trinitas flos Trost vnd gnade vns aus dir flos." Expl.: „Gustent fanum vini manne vnd gnade werd mir armen manne." — 14. F. 59^a—60^a. *R. Oracio beate virginis marie ualde pulcra.* Inc.: „[A]ve mundi spes maria Aue mitis Aue pia." Expl.: „Semper tecum permansurus per infinita secula seculorum Amen." — 15. F. 67^a. *(Hymnus de b. Virgine.)* Inc.: „[R]ecordare mater christi." Expl.: „Amen dicunt omnia." — 16. F. 68^b—69^a. *R. Oracio optima (hymnus) de maria virgine.* Inc.: „[G]aude saluatoris mater." Expl.: „Celi uige gaudijs." — 17. F. 69^b—70^b. *(Duo hymni de b. Catharina.)* Inc.: „[A]ue uirgo katherina Aue martir et regina." Expl.: „In nostro certamine." — 18. F. 71^a—73^a. *(Crinale B. M. V. Conradi Gemnicensis.)* Inc.: „[A]ue

salue gaude vale." Expl.: „Nos coniungat amen Amen dicant omnia." Ed. Dreves III 22. De auctore cf. cod. 66. — 19. F. 73ᵃ—73ᵇ. *R. Item bona oracio b. virginis conpositum (!) a b. bernhardo.* Inc.: „[S]Anctissima domina mea." Expl.: „In celis conregnare." — 20. F. 73ᵇ—74ᵇ. *R. Hec oracio sequens fuit data B. bernhardo ab angelo.* Inc.: [M]Aria mater domini mei." Expl.: „A morte sum liberatus." — 21. F. 74ᵇ—76ᵇ. *(Duo hymni de b. Virgine.)* Inc.: „Gaude maria virgo stella maris." Expl.: „Domum auxilii in finem seculorum Amen." — 22. F. 76ᵇ—80ᵇ. *R. Incipit solliloquium b. bernhardi abbatis clareualensis de laude beatissime ac gloriosissime semperque virginis marie.* Inc.: „Gaude plaude clara rosa." Expl.: „Diebus atque noctibus Amen." — 23. F. 80ᵇ—82ᵇ. *R. Oracio s. Augustini Episcopi de beata virgine ualde humilis sequitur.* Inc.: „[T]Ibi o piissima uirgo virginum." Expl.: „Se dederit pro precio Qui .... Amen." — 2. F. 83ᵃ—88ᵃ. *(Tractatus asceticus.)* Inc.: „[A]udite hec omnes qui christiane fidei signaculum." Expl.: „Ipso idem iesus christus .... amen deo gracias." — 3. F. 88ᵇ—89ᵇ. *Oracio de b. virgine s. Thome.* Inc.: „[A]d sanctitatis tue pedes." Expl.: „Pia virgo Maria Amen." — 4. F. 90ᵃ—91ᵃ. *(Orationes ad Jesum.)* Inc.: „O beatissime Jhesu." Expl.: „Ad vitam eternam Amen". — F. 91ᵇ—93ᵃ script. vacant. — 5. F. 93ᵇ—94ᵃ. *(Benedictiones breviarii.)* — 6. F. 94ᵇ. *(Brevis meditatio.)*

55. (50. f. 28.)

Chart. s. XV, f. 170, 4°, man. I, ligat. recens chart., aliquot folia humore laesa. De cod. cf. Huemer, Wiener Studien IX (1887) 90.

1. F. 1ᵃ—53ᵇ. *(Gainfredi nova poetria.)* Textus et glossa interlinearis semper fere commentario marginali inclusa sunt. Textus inc.: „Papa stupor mundi si dixero papa nocenti." Expl.: „Crescere non poteris quantum de iure mereris. Explicit Gainfredus." Commentarius inc.: „Amice ascende superius." Expl.: „Gloriosus in secula seculorum benedictus Amen Amen Amen et sic est finis." F. 53ᵇ sequuntur aliquot versus, qui textum complent (= editionis infra citatae vv. 509—526.) Gainfredus,

Galfridus sive Gualterus de Vino salvo (Vinesauf) ex parentibus Normannis in Anglia natus, notarius Richardi regis, circa initium s. XIII floruit. Opus de modo et arte dictandi versificandi transferendi Innocentio III. papae dedicavit. Cf. Fabr.-Mansi III 12; Oudin. II 1677 sqq.; Leyser. Hist. poet. et poemat. medii aevi, Halae Magdeb. 1721, 855 sqq., ubi poetriam impressam invenias. — 2. F. 54ᵃ—56ᵃ. *(De arte dictandi.)* Inc.: „Si dictare velis et iungere scema loquelis.“ Expl.: „Dico gracias christo perfecto capite isto.“ — F. 56ᵇ—58ᵃ script. vacant. — 3. F. 58ᵇ—59ᵇ. *(Epistolae Sigismundi imperatoris.)* Epistola prima inc.: „Sigismundus .... Magnifici spectabiles nobiles et fideles dilecti Exposuit Serenitati.“ Expl.: „Datum vlme Anno dom. Millesimo quadringentessimo tricessimo feria quinta post festum s. Martini ....“ Epistola secunda inc.: „Sigismundus .... Fidelis dilecte proposuit nobis .... qualiter tu de preceptis.“ Expl.: „Datum vlme Anno dom. Millesimo Quadringentesimo tricesimo feria quarta post festum s. Martini ....“ Epistola tertia inc.: „Sigismundus .... Fidelis dilecte proposuit nobis .... qualiter ipse Johannem.“ Expl.: „Datum vlme Anno dom. Millesimo Quadringentesimo tricesimo feria quarta proxima post festum s. Martini.“ — 4. F. 60ᵃ—62ᵇ. *(Tractatus grammaticus et metricus.)* Initium deest. Inc.: „.... in se ipsum.“ Expl.: „Silbicare absque titellis. Explicit hic totum laudetur deus Assit nobis in principio omnipotens deus.“ Inscriptio indicis „Compendium rethorice Tibini“ aut ad hoc fragmentum aut ad opus sequens referri potest. — 5. F. 62ᵇ—86ᵇ. *(Compendium artis rhetoricae.)* Hic incipiunt dicta b. Dorothee. Inc.: „Scientes artis. [S]Icientes artis rethorice.“ Expl.: „Per laudandum (?) in secula seculorum Amen Explicit hoc totum infunde.“ — 6. F. 86ᵇ—123ᵇ. *(Compendium artis dictatoriae.)* Inc.: „Amice ascende superius. Philosophicalis sciencia.“ Expl.: „Capias ut in ista ....“ Finis deesse videtur. — 7. F. 124ᵃ—170ᵃ. *(Liber formularum.)* Inc.: „[D]abo vobis os et sapienciam.“ Expl.: „Vestris sigillis sigillatis datum. Hic finitur prima summa dictaminum reuerendi magistri Dyb .... (= Tibini).“ Sequuntur aliquot adnotationes. Tractatus in duas

partes dividitur. Prima formulas epistolarum continet et sic finitur: „Expliciunt correctoria diuersa.“ Pars altera formulas exhibet ad diversas materias tractandas v. g. formulam litterarum credationis vel formulam dotalitii et sponsalium. Nescio an Tibini nomen, quod tantum in Catal. manuscr. Mell. commemoratum invenio, solummodo ad partem alteram pertineat. — F. 170^b script. vacat.

56. (50. f. 29.)

Chart. s. XV, f. 241, 4°, man. I, ligat. recens, initio duo folia desunt.

F. 1^a—241. *(Breviarium Pataviense.)* — 1. F. 1^a—91^a. Proprium de tempore (a festo pentec. — dom. XXV). — 2. F. 91^a—221^b. Proprium de sanctis (a s. Petronella — s. Andream). — 3. F. 222^a—227^a. Officium de visitatione b. Mariae. — F. 227^b script. vacat. — 4. F. 228^a—234^a. Hymni. — F. 234^b script. vacat. — 5. F. 235^a—241^b. Commune apostolorum et martyrum.

57. (50. f. 31.)

Chart. s. XV, f. 225, 4°, man. V., ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post a: pennae probationes.

1. F. 1^a—58^a. *(Tractatus de oratione dominica.)* Inc.: „Vater vnser .... Adonay Gewalltiger her got Vater. Ich pitt dich.“ Expl.: „Vnd menschlich Sälichait wol geschikcht hat Amen.“ — F. 58^b—59^b script. vacant. — 2. F. 60^a—63^a. *(Meditatio de oratione dominica.)* Inc.: „Vater vnser .... Seyt ain kind sein natdurfft.“ Expl.: „Von den pein vnd weyczen Amen.“ — 3. F. 63^a—66^b. *(Expositio orationis dominicae.)* Hie hebt sich an die auslegung vber den pater noster Mathei 16 luce 11. Inc.: „[E]S geschach do vnser herr cristus ihesus.“ Expl.: „Das bedeuttet wärleich ymmer frid.“ — 4. F. 67^a—74^b. *(Expositio Nicolai Cusani de oratione dominica.)* Vermerkt ein kurcze ler vnd Auslegung vber den heyligen pater noster Alls in der hochwirdig herr vnd vater her Cardinalis de cusa pischoff zw Brixen in der loblichen stat auf sand Steffans freythoff zw wyene gepredigt hat In

dem vaschang An° dom. M° CCCC° vnd darnach in dem LI jar. Inc.: „[A]M erssten zw reden van dem gepet des heyligen pater noster.“ Expl.: „Mit der gnad des heyligen geysts Amen.“ — 5. F. 74ᵇ—75ᵇ et 76ᵇ—79ᵇ. *(De vita salvatoris.)* Hie ist geschriben die jar vnd tag vnsers heren Jesu Christi alls vns beschreibt sand augustin Remigius vnd Gerandus nach der heylichen Ewangelisten aus weisung. Inc.: „[A]lls zu merkchen ist das vnser liber herr.“ Expl.: „Nach aus beysung der heyligen geschrift.“ — 6. F. 75ᵇ—76ᵃ. *(Meditatio de oratione dominica.)* So der mensch dem heyligen pater noster kurczer wil betrachten das mag er tuen in einer sollichen weys. Inc.: „Vater vnser wann du hast vns beschaffen.“ Expl.: „Ledig werden sein ewikleichen Amen.“ — 7. F. 79ᵇ—83ᵇ. *(Expositio orationis dominicae.)* Inc.: „In einem waren vessten kristnleichen glauben.“ Expl.: „In dem yetz gesprochen gepet gepeten vnd begert haben.“ F. 80ᵇ laudantur magister Henricus de Hassia et Nicolaus de Dinkelspühel. — 8. F. 84ᵃ—180ᵇ. *(Henrici de Suso horologium sapientiae.)* Inc.: „Es stund ain prediger ze ainer zeit nach einer metten vor ainer crucifixus.“ Expl.: „Als man altag mit andacht sprechen sol.“ Ed. Augspurg 1482, 211—337. Auctor Constantiensis Suevus ordinis praedicatorum obiit anno 1365. Cf. Quetif-Echard I 653 sq.; Diepenbrock, Heinrich Suso's, genannt Amandus, Leben und Schriften, 3. Aufl., Augsburg 1854; Goedeke, Grundriss zur Gesch. der deutschen Dichtung, Dresden 1884, I 212. — 9. F. 180ᵇ—185ᵇ. *(Admonitiones asceticae.)* R. Wer ains lebens von got begert in dem er gots ynnerchait möcht vinden. Inc.: „[A]In guet mensch pegert eines lebens von got.“ Expl.: „Den ich ewichleich gehabt han Amen.“ — F. 186 script. vacat. — 10. F. 187ᵃ—187ᵇ. *(Enumerantur varia genera peccatorum, sacramenta, opera misericordiae etc.)* Inc.: „Vermerkt wie uil ein yede todsund tochter hat mit iren wurczen.“ Expl.: „Den toten begraben.“ — 11. F. 188ᵃ—188ᵇ. *(De confessione.)* R. Hie vindestu geschriben ein klain ding von der peicht nach kchurczen wartten geseczt. Inc.: „Vnum crede deum nec vane Jura per ipsum . . . . Das erst gepot das du ge-

lauben solt.“ Expl.: „Mit kawffen noch verchawffen.“ — 12. F. 189ᵃ—195ᵇ. *(Explicatio peccatorum capitalium, alienorum peccatorum, sacramentorum, operum misericordiae, quinque sensuum, septem donorum spiritus sancti, octo beatitudinum, peccatorum ad coelum clamantium et contra spiritum sanctum.)* Inc.: „Culparum fontes sunt fastus liuor et ira .... Dye erst Todsund ist hochuart.“ Expl.: „Das er ewiklich verdambt muss sein.“ — 13. F. 196ᵃ—197ᵇ. *(Tractatulus de confessione et contritione.)* Inc.: „Czw dem ersten besech der mensch das er nicht wissnleich sey in todsunden.“ Expl.: „Schamig war billig gelaubhafftig gancz vnd klar.“ — 14. F. 197ᵇ—201ᵇ. *(Expositio brevis praeceptorum decalogi, peccatorum capitalium, quinque sensuum, alienorum peccatorum etc. prout supra n. 12.)* R. Dye czechen gepot das ersst. Inc.: „Dv sollt gelawben an ainen got. Wer gelawbt an ansprechen.“ Expl.: „Zweyflung der vrstend vnd des ebigen lebens.“ — 15. F. 201ᵇ—202ᵃ. *Ein kurcze ler von der peicht.* Inc.: „Der mensch sol sagen.“ Expl.: „Frawn oder junkchfrawen.“ — 16. F. 202ᵃ—203ᵇ. *(Tractatulus de confessione.)* Inc.: „[W]o sich der mensch durch sein Sunnd Abgekert vnd geuerrt hat von got.“ Expl.: „Die emphachung des heyligen leichnam cristi des heren.“ — 17. F. 203ᵇ—207ᵃ. *Von dem Anfankch der peicht.* Inc.: „Seyd der allmachtig guettig got vns gar rechtlich mocht lassen sterben.“ Expl.: „Vergeb mir mein ainfalt Amen.“ — 18. F. 207ᵃ—209ᵇ. *(De proprietatibus confessionis.)* Das nachgeschriben sind vir vers mit irer auslegung die gehoren auch zu der peicht. Inc.: „Sit simplex humilis confessio .... In den daigen vir versen berden begriffen sechczehen aigenschaft.“ Expl.: „Was ein beschaydner priester vermistikleich aufseczt.“ — 19. F. 209ᵇ—215ᵃ. *(De circumstantiis peccatorum.)* Ein vnderbeysung der peicht von den lerern. Inc.: „Dye lerer sprechen das nicht genug sey so ein mensch peicht sein sund.“ Expl.: „Auch andre ebenpild erdenkchen.“ Sequitur adnotatio, quae etiam ad sequens opusculum referri potest. — 20. F. 215ᵇ. *(De industria in confitendo adhibenda.)* Inc.: „[W]Er von dem tod der sünden zu dem stand des hails vnd der gnad ersten wil.“ Expl.:

„Das leben des leichnam." — 21. F. 215ᵇ—223ᵇ. *(Tractatus de praeceptis decalogi.)* Dye vorred der zehen gepot. Inc.: „[V]nser liber herr Jesus Christus vermant vns offt gar treuleich." Expl.: „Die aus wenig vil kunen erdenkchen vnd klauben." Sequitur adnotatio de timore peccati. — 22. F. 224ᵃ —225ᵃ. *(Sermo de novissimo die.)* Inc.: „Soll conuertetur .... Die wart hat gesprochen der heilig geyst durch des weissagen mund." Expl.: „Vnd sein gesegnte muter die junkchfraw maria Amen." — F. 225ᵇ script. vacat.

58. (50. g. 1.)

Chart. s. XV, f. 465, 4°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. antiphonarii s. XIII.

1. F. 1ᵃ—38ᵃ. *R. Exposicio de passione domini.* Inc.: „Collegerunt pontifices .... Pontifices et pharisey sibi consulebant." Expl.: „Ad se tibi totum impendendum." Sequitur excerptum ex s. Augustino ad psalmum: „Levavi oculos meos." — 2. F. 38ᵇ—40ᵃ. *(De praeparatione ad s. communionem.)* Inc.: „Nota quod accedenti ad sacramentum." Expl.: „Causatur in nobis deuocio." — 3. F. 40ᵃ—40ᵇ. *Ex noua collacione pynuphii abbatis (de memoria peccatorum praeteritorum).* Inc.: „Ceterum quod paulo ante dixisti." Expl.: „De nostris cordibus amputati." — 4. F. 40ᵇ. *De s. cruce Oracio bona.* Inc.: „Antiph. Tuam crucem adoramus." Expl.: „Placere merear Per Christum .... Amen." — 5. F. 41ᵃ. *Sequencia dicantur quando datur elemeosina* (!). Inc.: „Ps. Exaudiat." Expl.: „Premia sempiterna per christum .... Amen." — 6. F. 41ᵃ. *(Excerptum ex Nicolao de Gorra super Joannem.)* Inc.: „Queritur vtrum peccauerit Cayphas." Expl.: „Deus actum ordinat in bonum hec Nicolaus Gorra." — 7. F. 41ᵇ—42ᵃ. *Johannes Crisostomus Omelia XXVI super Matheum.* Inc.: „Ecce nos reliquimus .... Quid nobis erit." Expl.: „Et tenent in se." — 8. F. 42ᵇ—43ᵇ. *Omelia secunda Crisostomi.* Inc.: „Cum esset desponsata .... Quoniam futurum fuerat." Expl.: „Mutaret in spiritu." — 9. F. 43ᵇ—52ᵇ. Inc.: „Cum autem uenerit .... Et factum est cum consummasset." Expl.: „Re-

gemque cum gloria videbitis. *Explicit exposicio dominice passionis supra Matheum 2um b. Jeronimum* Anno dom. M°CCCC°LI° tempore anni iubilei in austria durante quando visitacio facta est de mandato Nicolai pape In episcopatu salczburgensi et patauiensi ordinis s. benedicti per abbates Scotorum et Cellis Marie." — 10. F. 52b—57b. *Sequitur super cap. 28 et ultimum super Matheum.* Inc.: „Vespere autem sabbati .... Quid diuersa tempora." Expl.: „Fletus et stridor dencium supra diximus. (Alia manu:) Hec Jeronimus super Matheum." — 11. F. 57b. Inc.: „Queritur vtrum Caiphas peccauerit in dando illud consilium." Expl.: „Suam peruertit intencionem *Hec nicolaus gorra super iohannem.*" Vide huius cod. n. 6. — 12. F. 58a—59a. *In die penthecostes Sermo b. Leonis pape.* Inc.: „Hodiernam dilectissimi festiuitatem toto terrarum orbe." Expl.: „Vniuersa moderantem per infinita secula seculorum Amen." Ed. Migne, Patrol. lat. LIV 415. — 13. F. 59a—59b. *Sequitur de sermone leonis in omelia de s. trinitate.* Inc.: „De qua cum sancta scriptura sic loquitur." Expl.: „Vnitatem seruet equalitas." — 14. F. 59b—60b. *In ascensione domini sermo leonis pape.* Inc.: „Sacramentum dilectissimi salutis nostre." Expl.: „Sed transeunda sunt fortiter." Pars cap. V deest. Ed. l. c. LIV 396. — 15. F. 61a—79a. (Titulus in f. 465a legitur:) *De diuersis libris collecta miracula.* Inc.: „Duo heremite sancte vite erant in quodam heremo." Expl.: „Pro nostris vtilitatibus irrogentur." Citantur s. Gregorii libri dialogorum, speculum Vincentii Bellovacensis, Wilhelmi Parisiensis liber Universi, liber Heraclidis de Paradiso, Cassianus, Petrus Damiani. F. 71b sequentia leguntur: „Anno dom. M° CCCC° XLIX in nocte s. Johannis baptiste fulmen incendit turrem nouum ad s. stephanum hic wyenne et combussit omnia interiora edificia turris et tres campane alij dicunt quinque combusti (!) sunt Et vnus vigilarum cecidit et mortuus est et vnum alium occidit trabs cadens de turri." — 16. F. 79b—83b. *(Excerpta ex s. Augustino ad psalmos.)* Augustinus in exposicione psaltery super ps. CXXI°. Inc.: „Sicut amor immundus." Expl.: „Sub illo paruuli simus." — 17. F. 84a—85a. *(Excerptum de contritione.)* Inc.: „Nota

prout notat quidam doctor." Expl.: „Quod fit per elemosinam." — 18. F. 85^b. *(Excerptum ex s. Gregorio.)* Inc.: „Gregorius Omnipotens deus idcirco." Expl.: „Omnem tactum humanum fugiat." — 19. F. 85^b—86^a. *(Excerpta ex s. Augustino ad psalmos.)* Inc.: „Nota Quoniam aput dominum misericordia .... Ergo si premebatur." Expl.: „Contradicenti amice sue." — 20. F. 86^b. *(Excerpta de detractione ex s. Bernhardo, Alexandro Halensi, Beda.)* Inc.: „Nota quod qui libenter audit verba detractoria." Expl.: „Sermone caperent Math. 24 et 23." — 21. F. 87^a—92^a. *(Sermo super illud:) Convertimini ad me in toto corde vestro.* Inc.: „In omnibus operibus nostris dilectissimi patres ac ceteri fratres." Expl.: „Et vite perfeccionem perficere studeamus Quod nobis prestare .... Amen." Alia manus in margine ad initium thematis nomen Nicolai de Dünkelspühel adscripsit. — 22. F. 92^b—94^a. *(Excerpta ex Hugone de s. Victore de archa Noe.)* Inc.: „Item notandum secundum hugonem .... Habet namque vnus quisque." Expl.: „Fidelis anima." — 23. F. 94^a—94^b. *(Adnotatio de oratione.)* Inc.: „Item notandum quod non omnis." Expl.: „In occulto." — 24. F. 95^a. *Item notandum super illa verba Johannis Super quem videris spiritum.* Inc.: „Ac si dicat." Expl.: „Ad nomen." — 25. 95^b—98^b et 95^a. *(Sermo de peccatis ad fratres religiosos.)* Inc.: „Diligenter consideremus et studiose distinguere studeamus." Sermo f. 95^a verisimiliter expl.: „Libenter obligare A quo nos custodiat .... Amen." Sequuntur aliquot breves adnotationes. Sermo eiusdem auctoris esse videtur atque is quem supra sub n. 21 citavimus. — 26. F. 99^a—105^a. *(Quaestiones de sacramento Eucharistiae.)* Inc.: „Vtrum per sacramentum eukaristie virtutes augeantur." Expl.: „Confessa replicare." — F. 103^a in margine superiore legitur: „In nomine domini Amen Anno MCCCCXXXIII." — 27. F. 105^b—106^a. *(Adnotationes de virtutibus.)* Inc.: „Item notandum quod triplex est virtus." Expl.: „Justus auarus." — 28. F. 106^a—111^a. *Item secuntur aliqua notabilia ex katholicon.* Inc.: „Pluuia a pluo." Expl.: „Vaporis ascendentis ex terra et aqua." — 29. F. 111^b—121^b. *(Quaestiones de sacrificio missae.)* Inc.: „Vtrum solus sacerdos possit conficere sacramentum eukaristie."

Expl.: „Primi libri." — 30. F. 122ᵃ—122ᵇ. *R. Ex dictis magistri Nicolay de Tinkelspügel (de oratione).* Inc.: „Item notandum quod secundum s. thomam triplex." Expl.: „Et reliqua ibi require." — 31. F. 123ᵃ—128ᵇ. *(Sermo Nicolai de Dünkelspühel (?) in diem purificationis b. Mariae virginis.)* Inc.: „Postquam impleti sunt .... Reuerendi patres ac ceteri fratres." Expl.: „Beatitudinis sue iesus christus filius tuus .... Amen." Sequuntur adnotationes aliquot usque ad f. 129ᵃ. — 32. F. 129ᵇ—135ᵇ. *(Continuatio, sicuti videtur, quaestionum de sacrificio missae.)* Inc.: „Dubitatur quando liceat sacerdoti plures missas celebrare in vna die." Expl.: „Si paupertate grauetur." Quaestiones istae videntur ii esse, quas index ita nominat: „Aliquot questiones ex dictis Magistri vrbani (de Mellico?) supra 4° sentenciarum." F. 132ᵇ legitur: R. Questio XI Anno domini M° CCCC° XXXII° domini pape Eugenii anno 1. — 33. F. 136ᵃ—140ᵇ. *R. Ex dictis Magistri N[icolai de Dünkelspühel] super Pater noster.* Inc.: „Item Notandum quod sunt diuerse species oracionum." Expl.: „Adeo impetrat quod exspectat." A f. 138ᵇ—140ᵇ adnotationes marginales textum concomitantur. — 34. F. 140ᵇ et 142ᵇ. *(Adnotationes de paralisi et de scientia „phisonomie".)* Prima inc.: „Item notandum Quod paralisis." Altera inc.: „Item notandum quod philosophi antiqui." Expl.: „Graciles uel parui." Continuatio (f. 142ᵇ) inc.: „Item notandum dicunt philosophi caput oblongum." Expl.: „Corporis." — 35. F. 140ᵇ —142ᵇ. *Sessio vndecima* facta die vicesima sexta Mensis Aprilis Anno dom. M° CCCC° XXXIII° Anno s°. *Concilij Basiliensis* Post octavas penthecostes feria tercia In festo ss. martirum primi et feliciani. Inc.: „Sacrosancta generalis Sinodus .... Quam frequens generalium Conciliorum celebracio." Expl.: „Vel restringi quomodolibet posset." Ed. Act. concil., Paris. 1714, VIII 1149 sqq. — 36. F. 143ᵃ—147ᵇ. *(Tractatulus de statu hominis ante primum peccatum.)* Inc.: „Item notandum quod vtile est noscere." Expl.: „Turpia aut defectuosa corpora." — 37. F. 148ᵃ. *(Divisio librorum veteris testamenti.)* — 38. F. 148ᵇ. *(De significatione litterarum alphabeti.)* Inc.: „A Possidet A numerum quingentos ordine

recto CCCC.“ Expl.: „Vltimam z canit finem bis mille tenetur MM.“ — 39. F. 148^b. *(Versus de pollutione nocturna.)* Inc.: „Crimen huius noctis pollucio si iacuisti.“ Expl.: „Siue labor nimius fuit aut a demone lusus.“ Sequitur formula confitendi peccata.“ — 40. F. 149^a. *(Considerationes XIV ad examen conscientiae faciendum in usum sacerdotum regularium.)* Inc.: „Prima consideracio quod non habes.“ Expl.: „Quando excedis in verbis.“ — 41. F. 149^b—151^b. *Sessio quintadecima sacri generalis Concilij Basiliensis (de conciliis provincialibus et synodalibus).* Inc.: „Sacrosancta Generalis Synodus .... Pridie hec sancta synodus quoddam saluberrimum.“ Expl.: „Iuribus quorumcumque quomodolibet derogare Datum Basilee in publica sessione die Jouis XXVI Nouembris Anno XXXIII In octava Natiuitatis virginis Marie XXXIIII.“ Ed. Act. conc., Paris. 1714, VIII 1169 sqq. — 42. F. 152^a—153^b. *(Concilii Basileensis) Decretum de eleccionibus (et confirmationibus episcoporum et praelatorum sub duodecima sessione expeditum.)* Inc.: „Sicut in construenda domo precipua est.“ Expl.: „Nec alteri cuicumque. Datum die Mensis ut supra Publicata sunt hec decreta die crastina post Sancte Margarete 1433.“ Ed. l. c. VIII 1157 sqq. — 43. F. 154^a—155^b. *Ex tercio libro decretalium De regularibus et transeuntibus ad religionem.* Inc.: „Licet quibusdam monachis et canonicis.“ Expl.: „Ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.“ — 44. F. 155^b—159^a. *(Excerpta ex libris s. Bernardi de XII gradibus humilitatis, de dilectione dei, de gratia et libero arbitrio.)* Inc.: „Primus gradus superbie in descendendo.“ Expl.: „Que ibi secuntur.“ — 45. F. 160^b. *(Adnotatio de schismate magno et de morte Martini V papae.)* — 46. F. 160^b. *(Versus.)* Inc.: „Item nota Istas hystorias per annum dico tenendas Annalis scripto subtiliter noscitur ordo.“ Expl.: „Bis binas ad ape tot cane vide dominum sc.“ — 47. F. 160^a—160^b. *(Adnotationes de aetate ordinandorum, de apostasia, de excommunicatione, de pollutione ecclesiae.)* Inc.: „Item nota Debet autem leuita siue diaconus.“ Expl.: „Admitti debebit.“ — 48. F. 160^b—165^b. *Ista (!) conclusiones subscriptas posuit fr. Johannes haconis ordinis predicatorum sacre theologie M[a-*

1. F. 1ᵃ—80ᵇ. (Inscriptio indicis:) *Auctoritates varie in theologia de virtutibus et vicijs permixtis.* R. Capitulum de caritate. Inc.: „DOminus dicit in ewangelio Jo. XVᵗᵒ Maiorem caritatem nemo habet.“ Expl.: „Nascentur. Finis adest vere scriptor wult precium habere finitus est in octaua natiuitatis marie Anno dom. M° CCCC° XXIII° per manus Johannis de Tachouia.“ Sequuntur duae orationes. — 2. F. 81ᵃ—94ᵇ. *Incipit Tractatus Magistri Thome Ibernici de punctis tribus christiane religionis.* Inc.: „Religio munda et inmaculata aput deum.“ Expl.: „Ut nimis prolixum compilare decreuit.“ Thomas Hibernicus (Palmeranus, Palmerstonensis) in agro Kildariensi vergente s. XIII. natus, doctor Sorbonicus, tractatum hunc, ut ipse cap. ultimo testatur, anno 1316 conscripsit. Falsum igitur, quod Fabr.-Mansi VI 254 dicunt, illum iam anno 1296 mortuum esse. Cf. Quetif-Echard I 744—746. Opus, quod in cod. 25. bibl. Hilar. summula de tribus essentialibus inscribitur (Grillnberger, Die Handschr. der Stiftsbibl. zu Wilhering in Xen. Bern. II 2, cod. 25[6]), impressum est „arte Stephani Arndes Lubicensis incole et concivis 1496.“ (Hain II 1 p. 42 n. 8544.) Praeterea cf. Schmid, Catal. cod. manuscr. Cremif.

I 130 sq. — 3. F. 95ᵃ—150ᵇ. *Incipit Super quarto sentenciarum petri lumbardi compendiosa exposicio seu lectura usque ad finem completa.* Inc.: „NOta quod sacramentum multipliciter diffinitur.“ Expl.: „Ponit recapitulacionem omnium librorum.“ F. 105 et 106ᵃ script. vacant; deest hoc loco expositio distinctionis septimae. — 4. F. 151ᵃ—250ᵇ. *Oraciones Magistri Hokclem super summam naturalium domini alberti magni Episcopi Ratisbonensis.* Inc.: „Circa sumulam naturalium queritur primo.“ Expl.: „Iste deus gloriosus trinus et vnus cuius nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.“ De auctore nihil inveniri potuit. — 5. F. 251ᵃ—252ᵃ. *Incipit registrum questionum M[agistri] hokclem super libro summe naturalium Magistri Alberti magni episcopi ratisponensis.* Inc.: „Vtrum de rebus naturalibus.“ Expl.: „Sit perpetuus.“ F. 253ᵃ legitur: „Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto ante festum penthecostes possedit nobilis dominus de nouadomo ciuitatem pragennsem et obtinuit eandem et pro tunc ego fui wyenne tunc dictum erat michi quod dominus miles strenuus fieret capitaneus contra hussitas cum famulis domini principis et hoc fuit factum feria quarta post festum penthecostes in angaria quando fuit michi narratum Et pro tunc dominus meus fuit locatus in capitaneum In weytra.“ Manus non est scriptoris tractatus praecedentis. — 6. F. 253ᵇ. *(Enumerantur varii libri; alphabetum hebraicum.)*

77. (51. a. 1.)

Chart. s. XV, f. 440, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ littera initialis nitide picta, sex fol. script. vacantes textui praecedunt, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est monasterii Beate virginis Marie alias Scotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo.“ (De Johanne Polczmacher cf. quod dictum est ad cod. 1.)

F. 1ᵃ—440ᵇ. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Panormitani Super 2° decretalium pars prima.* Inc.: „QVoniam hic voluminis principium | non existit in prohemio.“ Expl.: „Expirasset iurisdiccio primi Iudicis et hoc sufficiat Sequitur rubrica de teste et attestacionibus.“ Cf. cod. 2.

78. (51. a. 2.)

Chart. s. XV (1431), f. 387, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, f. 1ª etc.: „Iste liber est Monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne Quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor Johannes polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ª—385ᵇ. Inc.: „QVia glosa prima sine recitacione est legenda." Expl.: „Et ista opinio communiter approbatur secundum Johannem de Ligni. *Explicit prima pars Lecture Sexti domini de sancto Geminiano* finita per me v. f. Anno etc. 31. In vigilia s. Johannis Baptistè hora 2ª." F. 5ᵇ, 386, 387 script. vacant. Auctor, clarus iurisconsultus, initio s. XV floruit. Cf. Fabr.-Mansi II 53; Oudin. III 2368. Editiones vide apud Schulte, Die Gesch. der Quellen II 295.

79. (51. a. 3.)

Chart. s. XV, f. 181, m. 2°, man. I (Johannis Simper), ligat. antiqua lign., f. 1ª: „Iste liber est Monasterii Scotorum wienne testatus eidem per Egregium decretorum doctorem Magistrum Johannem polczmacher."

F. 1ª—180ª. *(Additiones Joannis Andreae ad speculum Guillelmi Durandi.)* Inc.: „Reuerendissimo in christo patri domino suo domino Ottobono presens opus . . . . [E]go Johannes andree huius speculi speculacionem assumens." Expl.: „Et ibi qui sine [fine] uiuit et regnat in secula seculorum amen. Ego Johannes simper de bibraco scripsi istam lecturam." Titulus duplex: in tegum. ant. a „Addiciones speculi," fol. 37ª „Finis primi libri speculi Guillelmi duranti Correcti per dominum Jo[annem] an[dreae] bone memorie." F. 84, 102ᵇ, 180ª—181ᵇ script. vacant. Joannes Andreae patria Mugellanus tanta cum laude Bononiae docuit, ut saeculi sui clarissimus iurisconsultus haberetur. Annis 45 in cathedra exactis Bononiae a. 1348 obiit. Cf. Cave III app. 25. Editiones vide apud Schulte, Die Gesch. der Quellen II 221. F. 84, 102ᵇ, 180ª—181ᵇ script. vacant.

80. (51. a. 4.)

Chart. s. XV, f. 188, m. 2°, man. II, ligat. antiqua lign., f. 1ª littera initialis eleganter picta, margines aliquot foliorum abscissi, fol. ultima

humore laesa, f. 1ᵃ: „Iste liber est monasterii Sancte marie virginis alias schotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor magister iohannes polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ᵃ—188ᵃ. *(Collectio quaestionum iuris ordine alphabetico composita.)* Inc.: „ABsenti filio queritur accio ex contractu." Expl.: „Vide sub verbo alimenta que miseracionis | Deo gracias." Auctor inveniri non potuit. Cf. Schulte, Die Rechtshandschr. n. 92. — F. 188ᵇ script. vacat.

81. (51. a. 5.)

Chart. s. XV (1420), f. 320, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: „Hunc librum emit dominus Jacobus plebanus in ybs ab heredibus domini Johannis paumgartner alias plebanus (!) ad s. Jeorgium prope amsteten Actum Anno dom. 1455° Quem dedit domino Martino in sua solucione Et prenotatum librum Testatus est domino Thome plebano In Versnicz Qui pro solucione exequiarum exposuit 4 fl. Rh. anno M."

1. F. 1ᵃ. *(Adnotatio de opere sequente eiusque auctore.)* 2. F. 1ᵃ. *R. Prologus fratris Johannis lectoris in priorem libellum questionum casualium.* Inc.: „Qvoniam dubiorum noua cottidie difficultas." Expl: „Lector poterit informari." De opere Joannis de Friburgo „Quaestiones casuales ex Raymundi summa et eius apparatu" cf. Quetif-Echard I 524. Idem prologus praefationis communis in summam confessorum locum obtinet. — 3. F. 1ᵃ—272ᵇ. *R. Incipit prologus eiusdam fratris Johannis lectoris in summam confessorum.* Inc.: „Saluti animarum et proximorum vtilitati." Summa confessorum expl.: „Hic conclusit Cui est honor in secula seculorum Amen. (R.) Explicit tractatus de matrimonio et finitur per consequens in IIII libros distincta tota summa confessorum Deo gracias." Libro IV. praecedunt (f. 242ᵃ—244ᵃ) „paragrafi summe fratris Raymundi." F. 244ᵇ script. vacat. — 4. F. 272ᵇ—282ᵃ. *R. Incipiunt statuta summe confessorum ex Sexto decretalium addita* et quantum pertinere videntur ad materiam eiusdem summe ac sub eisdem titulis et numero questionum. Inc.: „NE libri qui de summa confessorum." Expl.: „Contra legis nititur voluntatem. (R.) Explicit compendiosa colleccio quorumdam statutorum ex sexto decretalium

addita ad summam confessorum Deo gracias." Quod opusculum cum manuali a Quetif-Echard I 525 adlegato idem esse videtur. — 5. F. 282ᵃ—320ᵃ. *R. Incipit tabula super summam confessorum (fratris Raimundi).* Prologus inc.: „[I]N hac tabula vbicumque sit simpliciter." Expl.: „Diccionis materia perlegatur." Opus inc.: „Abbas. Vtrum vnus abbas possit presidere." Expl.: „Et multis aliis locis. (R.) Explicit summa confessorum cum tabula. Finito libro sit laus et gloria Christo Anno dom. M° CCCC° XX° In die Sancti clementis pape et martiris post meridiem ante primam horam presentes sunt dominus Laurencius Rector ecclesie Inembawr. Et dominus Johannes Stetner Denaburgensis." Cf. de hac tabula Quetif-Echard I 524. Auctor operum praecedentium Friburgae natus ordini praedicatorum nomen dedit multisque libris scriptis anno 1314 defunctus est. Cf. Fabr.-Mansi II 204 sq.; Cave II app. 9; Oudin. III 732 sqq. De editionibus cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 419 sqq. — 6. F. 320ᵇ. *(Adnotationes de interdicto.)* Inc.: „CIrca obseruanciam generalis interdicti." Expl.: „Ad perpetuam penitenciam peragendam."

82. (51. a. 6.)

Chart. s. XV (1431), f. 351, m. 2°, man. I (Udalrici Furleger), ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est Monasterii beate Marie virginis Alias Scotorum wienne Quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ᵃ—351ᵃ. Inc.: „De vita et honestate clericorum. Opponitur quod Rubrica non fuit bene formata." Expl.: „Quando vinculum est dissolutum secundum paulum Deo gracias. *Expliciunt Collecte super Sexto decretalium composite per venerabilem dominum Dominicum de sancto Geminiano doctorem Egregium.* Finitus est iste liber Anno dom. M° CCCC° XXXI° In vigilia sancti Gregorij pape per me Vdalricum Furleger." Cf. cod. 78. — F. 351ᵇ script. vacat.

83. (51. a. 7.)

Chart. s. ex. XIV aut in. XV, f. 190, m. 2°, man. II (I Joannis Gregorii de Polonia), ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, ab initio mancus.

1. F. 1ᵃ—96ᵇ. Inc.: „. . . . fallere ut ff.“ Expl.: „Dominus virtus ipse est rex glorie. Amen. *Explicit subtilis ac perutilis lectura super vsibus feudorum. domini. Baldi. de perusio. vtriusque iuris doctoris excellentissimi.* In Inclita Ciuitate Papie publicata. Anno domini M° CCC. nonagesimo. 3°. Sub Illustri domino domino. Johanne Galeas. Comite virtutum In cuius honorem et laudem compilavit hoc opus. Scripta per M[anus] Johannis Gregorij de polonia. Wrateslauigensis. dyc. deo. gracias Amen.“ Baldus de Ubaldis Perusinus lucerna iuris, qui dicebatur, obiit a. 1400. Cf. Fabr.-Mansi I 166; Oudin. III 1236 sq.; Savigny, Gesch. des röm. Rechtes VI 208 sq., ubi editiones 240 sq. enumeratas invenias. — 2. F. 96ᵇ—107ᵃ. R. Hec est pax quam fredericus Romanorum Imperator et Henricus eius filius romanorum Rex fecerunt cum societate lombardorum aput constanciam. Inc.: „IN nomine sancte. Imperator. Fredericus pacem suam laudabilem summe attribuit trinitati.“ Expl.: „Indebilis fama cui militat honor Amen. Deo gracias Et. cetera. Sanctus pe[trus]. *Explicit comentum domini Baldi de perusio Vtriusque Iuris doctorjs excellentissimi. Super pace Constancie.*“ Cf. Savigny l. c. VI 242 sq. — 3. F. 107ᵃ—109ᵇ. *Incipit lectura per me Bar[tholum] de sasso ferrato Ciuem perusinum et legum doctorem composita Anno dom. XXXI* . . . . Inc.: „IN nomine ihesu christi . . . . Quia vbi christus non est fundamentum.“ Expl.: „Iustas. Lex ista duobus modis legitur secundum primum breuiter. h. d. . . . .“ Finis deest. Bartholus Picenus Saxoferratensis, speculum et lucerna iuris civilis, monarcha iuris adpellatus, Pisis et Perusii scholam habuit, ubi etiam 1359 diem supremum obiit. Cf. Fabr.-Mansi I 182 et Savigny l. c. VI 137 sqq. — 4. F. 110ᵃ—199ᵃ. Inc.: „. . . . uel in aliqua parte uiciata et tunc ei creditur et statur per totum romanum imperium.“ Expl.: „Honorem et laudem humiliter atque deuote reddo domino deo ihesu christo qui cum patre . . . . Amen. *Explicit lectura domini petri de Vnzola de Bononia super apparatu notularum artis notarie. deo gracias.*“ Opus ab initio mancum est. De auctore Bononiensi iurisconsulto cf. Fabr.-Mansi V 285 et Savigny l. c. V 549 sqq. — F. 199ᵇ script. vacat.

84. (51. a. 8.)

Chart. s. XV, f. 190, m. 2°, man. II, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ: „Iste liber est monasterii Sancte marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est egregius decretorum doctor magister iohannes polczmacher Oremus pro eo."

1. F. 1ᵃ—182ᵇ. (Inscriptio in tegum. ant. a legitur:) .... *Boek super quinto decre[talium].* Inc.: „Si legittimus ¦ Si queris | vtrum criminosus possit accusare." Expl.: „Non mediocriter et vide ibi per Johannem." — 2. F. 183ᵃ—190ᵇ. *(Registrum.)* R. De accusacionibus Inquisicionibus et denunciacionibus." Inc.: „Vtrum criminosus." Expl.: „Fidelitatem facere teneatur Sit laus deo." Librum confecisse videtur Henricus Boyk Brito Armoricus (c. a. 1390), cuius Fabr.-Mansi III 211 commentarios in libros V decretalium commemorant. E quorum numero tertium cod. 8(1) exhibet.

85. (51. a. 9.)

Chart. (f. 3 et 14 membr.) s. XV, f. 366, m. 2°, man. III, ligat. antiqua lign. restaur., pars fol. 208—223 abscisa.

1. F. 1ᵃ—2ᵇ. *(Registrum operis sequentis.)* — 2. F. 3ᵃ—359ᵃ. *R. In nomine .... Incipit secunda secunde beati Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum.* Inc.: „POst communem consideracionem de virtutibus et viciis." Expl.: „Qui promisit dominus noster Jhesus christus qui est super omnia deus benedictus in secula Amen." Ed. Parm. 1853, III. — 3. F. 359ᵃ—366ᵃ. *R. Incipiunt capitula secunde partis secundi libri summe edite a fratre thoma de aquino.* Inc.: „Questio prima de uirtutibus." Expl.: „Absque multorum consilio. Explicit ordo et signacio questionum secundi libri secunde partis .... deo gracias Amen."

86. (51. a. 10.)

Chart. s. XV, f. 98, m. 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. calendarii (1439—1460), tegum. post. a: fragm. expositionis Isaiae.

1. F. 1ª—1ᵇ. *(Registrum operis sequentis.)* In fine: „Iste liber dicitur *Racionale Wilhelmi Miniacensis* (recte: *Mimatensis*) *episcopi* pro eo quod vtitur racione et quia eorum que fiunt in ecclesiasticis officijs continet raciones." — 2. F. 2ª—98ᵇ. *R. Racionale diuinorum officiorum.* Inc.: „Qvecumque in ecclesiasticis officijs ac ornamentis consistunt." Expl.: „Transicionem mandatorum suorum nobis relaxet. Explicit liber quintus de diuinis officiis tam nocturnis quam diurnis in genere." Cod. quinque continet e libris octo, qui opus efficiunt. Guillelmus Durandus ord. praed. natus in Gallia Narbonnensi, cognominatus speculator inde quod speculum quoddam iuris edidit, 1286 episcopus Mimatensis creatus obiit a. 1296. Opus, de quo agitur, 1286 absolvit. Cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 144 sqq. et Savigny, Gesch. des röm. Rechtes V 571 sqq. Editiones vide apud Hain I 2 p. 289 sqq. n. 6461—6503; Quetif-Echard I 482; Fabr.-Mansi II 68; Cave I 331 sq.

87. (51. b. 1.)

Chart. s. XV, f. 215, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign. restaur., tegum. ant. b: index contentorum, f. a cap. a: „Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum wienne honorabilis dominus thomas de weytra presbiter patauiensis dyoces. vt oremus pro eo et sibi coniunctis."

1. F. 1ª—37ᵇ. Inc.: „HOmini bono in conspectu suo .... In hoc quod dicitur homini bono." Expl.: „Ab hoc loco vsque ad finem. *(R.) Explicit lectura super danielem.*" — 2. F. 37ᵇ—178ᵇ. *(Lectura super duodecim prophetas minores.)* R. Incipit lectura Osee. Inc.: „Stabat super XII boues .... III Reg. VII loquitur ad litteram de mari fusili." Expl.: „Qui non amat dominum iesvm sit anathema Amen explicit malachias." — F. 179—180 script. vacant. — 3. F. 181ª—215ª. *R. Excerpta ex tractatu de doctrina cordis.* Inc.: „Preparate corda vestra domino. Nota quod septem instrucciones." Expl.: „Qui fecit et te et me finis est huius libri. (R.) Et finitur tractatus de cordis preparacione." — F. 215ᵇ script. vacat.

88. (51. b. 2.)

Chart. s. XIV, f. 401, 2°, man. IV (ult. Conradi Zalpaum), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: 1. „Vetus testamentum comprehenditur in hijs versibus.“ Inc.: „Genesis. Ex. Leui. Num. Deuteronomiusque.“ Expl.: „Abakuk. Sophon. Agge. Zach. Malachi. Machab.“ 2. Divisio librorum veteris testamenti. 3. Numerantur anni ab Adam usque ad David (3808). F. membr. a cap. a: adnotatio de origine Melchisedech et de Salomone.

1. F. 1ª. *(De significatione litterarum alphabeti.)* Inc.: „POssidet a numero quingentos ordine recto. CCCCC.“ Expl.: „Numerum sic debes scribere totum.“ — 2. F. 1ᵇ—401ᵇ. *(Biblia veteris testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Pentateuchus, lib. Josue, libri II Judicum, lib. Ruth, libri IV Regum, libri II Paralipomenon, lib. I. Esdrae, lib. Nehemiae, lib. II. Esdrae. F. 221ᵇ et in fine: „Conradus Zalpaum.“ Singulis libris usque ad libros Paral. praecedunt versus cum glossa interlineari. Versus ad Gen. sic incipiunt: „Sex prohibet peccant abel enoch archa fit intrant.“ De his versibus, quorum auctor Alexander de Villa Dei putatur, cf. quae dicta sunt ad cod. 19(5).

89. (51. b. 3.)

Chart. s. XV, f. 142, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., litterae initiales pictae, tegum. ant. b: index contentorum, tegum. post. a: „Iste liber est monasterii b. marie virginis alias scotorum wyenne Sebastianus Ssthüesus.“

F. 1ª—138ᵇ. *(Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Evangelia, epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae s. Jacobi, s. Petri, s. Joannis, s. Judae, Apocalypsis. — 2. F. 138ᵇ—140ᵇ. *(Prologus s. Hieronymi generalis in epistolas s. Pauli et specialis in epistolam ad Romanos.)* — F. 141 et 142 script. vacant.

90. (51. b. 4.)

Chart. s. XV (1416), f. 314, 2°, man. I (Mathiae de Necztyn), ligat. antiqua lign., f. 2ª: „Istum Codicem testamentatus est Monasterio beate et gloriose virginis Marie Scotorum wienne Stephanus kayser arcium baccalaureus Cuius anima requiescat in pace.“ F. membr. a cap.:

fragm. carminum latinorum s. XIV, f. membr. ad calc.: fragm. canticorum eiusdem saeculi, quae sunt psalmis similia.

1. F. 1ª—1ᵇ. *(Index contentorum.)* — 2. F. 2ª—314ª. *(Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Evangelia, Actus apostolorum, epistolae s. Pauli, epistolae canonicae, Apocalypsis. In fine: „Explicit nouum testamentum per manus Mathie de Neeztyn et hoc sub anno dom. M°CCCC° XVI° maxima persequucione vigente in clero." — F. 252ᵇ—253ª. *R. Incipit epistola ad Laodicenses.* Inc.: „Paulus apostolus non ab homiuibus." Expl.: „Et facite legi colocensium vobis." Est epistola apocrypha ex litteris s. Pauli ad Philippenses Colossenses Ephesios compilata. Ed. a Fabricio (Cod. apocryph. novi test. Hamb. 1703, II 873 sqq.). F. 314 script. vacat.

91. (51. b. 5.)

Chart. s. XV, f. 343, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., aliquot litterae initiales pictae.

1. F. 1ª—5ᵇ. *(Alexandri de Villa Dei summa sive argumenta capitum omnium biblicorum utriusque testamenti.)* Inc: „Sex | prohibet | peccant | abel | enoch | archa | fit | intrant." Expl.: „Flebunt ad cenam surgent sponsam venio iam. (R.) Et sic finitur registrum tocius biblie." De his versibus cf. quae dicta sunt ad cod. 19(5). — F. 6 script. vacat. — 2. F. 7ª. *Contra calculum.* Inc.: „Hec sunt pro calculo valencia." Sequuntur excerpta ex s. Gregorio et s. Bernardo. — F. 7ᵇ script. vacat. — 3. F. 8ª—339ª. *(Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Evangelia, epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae canonicae, Apocalypsis. Nonnullis capitibis glossa interlinearis inserta est. — 5. F. 339ª—343ᵇ. *(Distributio evangeliorum et epistolarum per circulum anni.)*

92. (51. b. 6.)

Chart. s. XV (1464, 1468), f. 205, 2°, man. I (Leonardi Dienhofer?), ligat. antiqua lign., f. 2ª: „Iste liber venit monasterio scotorum wyenne a domino leonardo fratre fratris wolfgangi de Euerding Oremus pro eo." Tegum. ant. b: instrumentum promotionis Leonardi Dienhofer: „Anno dom. 54 fui promotus Sub magistro Georgio schrăml de aschach (cf.

Aschbach 602) hodie hora duodecima. leonardus dienhofer de aschach subscriptam determinabit Questionem: vtrum felicitas ciuitatis consistat in omni Ciuium exercicio operacionis et virtutis In aula vniversitatis." Alia manus addidit: „Anno dom. 99 dominus leonardus dienhoffer de aschach capellanus capelle sancti laurencii In castro Schönpuechel obijt ibidem et tumulatus est in die Epiphanie dom. eiusdem anni ad sanctum Johannem in Gerolting Et ipsius fuit frater suus carnalis frater Wolfgangus de Euerding professus aput scottos wienne Anno dom. vt supra." Tegum. post. a: fragm. hebr.

1. F. 1ᵃ—1ᵇ. *(Versus ex summa Alexandri de Villa Dei de libris novi testamenti exceptis evangeliis.)* Inc.: „Gentis | iudeos | vtrosque | patrem | domini | mors." Expl.: „Flebunt | ad cenam | surgunt | Sponsam | venio | iam." Cf. cod. 19(5). Sequitur index contentorum. — 2. F. 2ᵃ—69ᵇ. *(Quatuor Evangelia.)* — 3. F. 69ᵇ. *(Versus ex summa Alexandri de Villa Dei de evangeliis.)* Inc.: „Natus | adoratur | lotum temptat | docet | orat." Expl.: „Via | vitis | resurgit | se manifestat." Cf. supra n. 1. — F. 70 script. vacat. — 4. F. 71ᵃ—149ᵇ. *(Epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, epistolae canonicae, Apocalypsis cum prologis s. Hieronymi.)* In fine: „Item finitus est in die sancti geronimi eximii doctoris Anno dom. LXIIII circa horam vndecimam laudetur et superexaltetur deus in sanctis suis amen (alia manus addidit:) per me dominum leonardum dienhoffer Orate pro me misero." — 5. F. 150ᵃ—157ᵇ. *(Distributio evangeliorum et epistolarum per circulum anni.)* — F. 157 script. vacat. — 6. F. 158ᵃ—184ᵇ. *(Prophetia Isaiae.)* In fine: „Explicit liber ysaie prophete Anno dom. M° CCCC° LXVIII° In profesto sancti valentini martiris." — 7. F. 185ᵃ—203ᵃ. *(Threni, prophetia Baruch, lib. Proverbiorum.)* In fine: „Explicit liber proverbiorum Anno dom. M° CCCC° LXVIII° feria 4ᵗᵃ ante festum sancti Gwejory in sancto loco (alia manus addidit:) per me dom. leonardum dienhoffer qui fuit possessor huius libri . . . ." Sequitur adnotatio de eiusdem morte. — 8. F. 203ᵇ—204ᵃ. *(Versus ex summa Alexandri de Villa Dei de libris Isaiae Threnorum Baruch Proverbiorum.)* Inc.: „Bos | mons | stat | septem." Expl.: „Tria | sunt | mulierum." Cf. supra n. 1. — 9. F. 204ᵃ—204ᵇ. *R. De celebracione diei dominice.* Inc.:

„Veneranda est nobis dies sancta.“ Expl.: „Et venit habundancia super terram.“ — 10. F. 205ᵇ. *(Versus de s. scriptura.)* Inc.: „Est genesis primus subdit exodus secundus.“ Expl.: „Istis apponitur malchias cum machabeis.“ — F. 205ᵃ—205ᵇ pennae probationes.

93. (51. b. 7.)

Chart. s. XV, f. 115, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: „Hunc librum contulit monasterio b. virginis Scotorum wyenne frater Johannes de kremcia 1474.“ Tegum. ant. b et post a: fragmenta, ut videtur, ex „catholico“ aut ex simili opere sumpta. Cod. in initio et in fine mancus; permulta folia excisa.

1. F. 1ᵃ—18ᵇ. *(Sermones dominicales.)* Fragmentum primi sermonis inc.: „. . . . uebis et sicut fructus a floribus.“ Sermo primus integer inc.: „Cvm turba multa . . . . Iste mensis qui secundum computacionem.“ Sermo ultimus expl.: „Nemo virorum illorum gustabit cenam meam.“ — F. 19 script. vacat. — 2. F. 20ᵃ—22ᵃ. *(Excerpta theologica.)* Inc.: „Nota ex dyalogo Gerson prosa 3ᵃ Sicut anima racionalis.“ Expl.: „Finis ultimatus abutentis ea.“ — F. 22ᵇ script. vacat. — 3. F. 23ᵃ—115ᵇ. *(Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Evangelia, epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, initium epistolae s. Jacobi. Reliqua desunt una cum fine evangelii s. Joannis.

94. (51. b. 8.)

Chart. s. XV, f. 112, 2°, man. I (Hermanni), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: 1. Privilegium a Petro archiepiscopo Tarentino cuidam Clarae Hutmemyn eiusque liberis datum de electione idonei et discreti confessarii (dd. IV. Id. Januar. 1383). 2. Fragm. asceticum. Tegum. post. a: pennae probationes.

1. F. 1ᵃ. *(Pennae probationes et versus hi:)*

„Nimant den andren trigen schol mit falschen worten daz stet wol
Trew barhat vnd geretikait dy zwen die even treyt wol.“

2. F. 1ᵇ—12ᵇ. *Incipit noui veterisque testamenti tabula per Johannem Crisostomum* (falso!) *Compendiosius versifice compilata (= Summa Alexandri de Villa Dei.)* Inc.: „Sex | pro-

hibet | peccant | abel | enoch | et archa | fit intrant." Expl.: „Flebunt | ad cenam | surgunt | sponsam | venio iam." In fine:

„Finito libro sit laus et gloria cristo
Saluet scriptorem christus per matris honorem
Qui scripsit scripta manus eius sit benedicta
Qui me scribebat hermannus nomen habebat
Pro tanto precio numquam plus scribere volo
Explicit hoc totum infunde da mihi potum."

Cf. cod. 19(5). — 3. F. 13ª—105ᵇ. *(Quatuor evangelia cum prologis s. Hieronymi et versibus summae Alexandri de Villa Dei.)* In initio versus:

„Desuper irradia scribenti gracia dya
Sis dux sis socia mea lux vera sophya." —

4. F. 106ª—112ᵇ. *Liber prohemiorum Ysidori yspalanensis episcopi de librorum noui ac ueteris testamenti plenitudine.* Inc.: „Plenitudo noui et ueteris testamenti." Expl.: „Aspectans celum terramque auidus transuolat." Ed. Colon. 1617, 278 sqq.

95. (51. b. 9.)

Chart. s. XV., f. 168, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: 1. Enumeratio donorum spiritus sancti. 2. Adnotatio de civitatibus submersis sc. Sodoma, Gomorrha etc. 3. Excerpta ex s. Gregorio et Augustino de Salomone. 4. „Anno dom. M° CCCC° LXVII° excommunicatus est rex Bohemie et omnes sibi adherentes in Znoym decima die mensis may per Sanctissimum papam paulum secundum Et illo tempore imperator fuit in termis." In infimo margine leguntur haec, quae nomen prioris possessoris esse videntur: „.... Jacobi plebani de lanczano." Tegum. post. a: 1. Auctores singulorum articulorum symboli apostolici. 2. Varia excerpta ex Augustino Beda Gregorio Hieronymo Cypriano. 3. Versus: „Zechen iar ain kint. XX iar ayn iüngelink. XXX iar ayn man. XL iar wol getan. L iar sol stan. LX iar ablan. LXX iar dy sol bewar. LXXX iar .... XC iar der kinder spot hundert iar im helf vns got." In fol. membr. inter f. ultimum et tegum. legitur: „Item anno LXVIII° hat zu den Schotten das kloster vil ze lesen gehabt vnd habent festum cecilie et clementis gelesen."

1. F. 1ª—166ᵇ. *(Biblia novi testamenti cum prologis s. Hieronymi,* hoc ordine:) Evangelia, epistolae s. Pauli, Actus apostolorum, Apocalypsis, epistolae canonicae. Inter evangelia et epistolas insertum est registrum. — 2. F. 166ᵇ—168ᵇ.

(Summa Alexandri de Villa Dei de libris novi testamenti.) Inc.: „Natus | adoratur | lotum | temptat.“ Expl.: „Flebunt ad cenam surgunt sponsus venio iam.“ Cf. cod. 19(5). — 3. F. 167^{b}. *(Excerpta brevissima e Chrysostomo Hieronymo Gregorio Richardo Cassiano Seneca.)*

96. (51. b. 10.)

Chart. s. XV, f. 283, 2°, man. VIII (III Joannis Colmen vel Colmyna), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. hebr. Initium deest; plurimi tractatus in fine manci.

1. F. 1^{a}—72^{a}. *(Sermones de tempore per circulum anni.)* Sermo de dominica prima adventus ab initio mancus inc.: „. . . . adventus fuit in ostensione infirmitatis.“ Primus sermo integer inc.: „Cvm audisset Johannes . . . . Nota quod de hoc ewangelio diuersi doctores.“ Sermo ultimus expl.: „In hijs ad que illud misi Amen. (R.) Qui te finiuit tribus lingwis associetur.“ — 2. F. 72^{a}—81^{a}. *(Epistola de terra sancta.)* Inc.: „Dilectissimo in christo ihesu patri fratrique burgum lectori fratrum ordinis predicatorum in meydeburg frater burgum de monte syon . . . . Quid uobis frater Reuerendissime scribam non invenio.“ Expl.: „Cognouit nimio pre dolore Amen.“ Sequitur tabula chronologica incipiens a creatione mundi et pertinens usque ad Christum. Inc.: „Ante ihesum numerat mundi ieronimus anno 3761.“ — F. 81^{b} script. vacat. — 3. F. 82^{a}—87^{b}. *(Tractatus de articulis fidei et de sacramentis.)* Inc.: „Postulat a me uestra dileccio vt de articulis fidei.“ Expl.: „Prima dos . . . .“ Finis deest. In codice bibl. caes. Vindob. a Denis II 2431 sqq. descripto Henrico de Oyta (de quo cf. cod. 40[4]) attribuitur, alibi s. Thomae, cuius inter opp. in ed. Parm. 1865, XVI 115 sqq. legitur. — 4. F. 88^{a}—129^{b}. *(Expositio evangelii s. Matthaei.)* Inc.: „Cum quietum silencium tenerent omnia.“ Expl.: „Exponens hoc dictum . . . .“ Finis deest. In fine plurimorum capitum expositionis nomen „Johannes Colmen“ aut „de Colyma“ positum est. — 5. F. 130^{a}—211^{b}. *(Legenda sanctorum.)* Inc.: „[C]vm propter primorum parentum inobedienciam.“ Legenda de s. Clemente expl.: „Multi ipsum in exilium sunt . . . .“

Reliqua desunt. Qui scripsit huius legendae vitas, Jacobi de Voragine legenda aurea usus est. — 6. F. 212ᵃ—214ᵇ. *(Sermo super illud:) [E]Gressus ihesus perambulabat ihericho luc. 19.* Inc.: „Duo sunt redemptoris egressus." Expl.: „Habitare dignemur Amen." — 7. F. 214ᵇ. *(Fragmentum sermonis de dedicatione ecclesiae.)* Inc.: „[S]icud lucas narrat dominus ihesus." Expl.: „Ante altare et fratri prius . . . ." — F. 215—217 script. vacant. — 8. F. 218ᵃ—223ᵇ. *(Sermones de tempore.)* R. S[ermo] Esculonis ad rama XIII°. Inc.: „INduimini dominum . . . . Lex antiquorum regum fuisse dinoscitur." Expl.: „De hijs duobus est predicacio . . . ." Finis deest. Nicolaus de Asculo (Nicolucius) ord. praed. circa a. 1330 floruit. Cf. Quetif-Echard I 566 sq.; Jöcher III 915. Dubium est, utrum primus huius collectionis sermo solus an omnes eiusdem sint auctoris. — F. 224—229 script. vacant. — 9. F. 230ᵃ—244ᵇ. *R. Incipit liber de septem donis spiritus sancti.* Inc.: „Qvoniam autem inicium sapiencie est timor domini." Expl.: „De corde exeunt cogitaciones male." — F. 245—247 script. vacant. — 10. F. 248ᵃ—267ᵃ. *R. Incipit vnum quadragesimale bonum collectum ex diuersis libris cum textu epistolarum et ewangeliorum.* Inc.: „Fratres hortamini uos . . . . Dvctus est ihesus . . . . Sex sunt dies dominici | sacri temporis huius." Expl.: „Non tam uitam presentem quam eternam." — 11. F. 267ᵇ—268ᵃ. *(Ezechielis cap. 18. et evangelii Joannis cap. 5.)* — F. 268ᵇ—271ᵇ script. vacant. — 12. F. 272ᵃ—274ᵇ. *R. Sermo dominice tercie in quadragesima.* Inc.: „Abijt ihesus . . . . Dominica ista dupliciter uocatur." Expl.: „Qui occidunt corpus." — 13. F. 275ᵃ—277ᵃ. *R. Dominica in passione domini.* Inc.: „Si quis sermonem meum . . . . Hec dominica de passione domini." Expl.: „Tamquam mali Quod et nobis omnibus concedat." — 14. F. 277ᵃ—279ᵃ. *R. Sermo de eodem.* Inc.: „JEsus autem abscondit se . . . . licet deus noster et dominus." Expl.: „Reuelabitur in nobis." — 15. F. 279ᵃ—281ᵇ. *R. Dominica palmarum Sermo de epistola.* Inc.: „HOc enim sentite . . . . In epistola hodierna inuitat." Expl.: „Ad celestem patriam Ad quam . . . ." — 16. F. 281ᵇ—283ᵇ. *(Sermo super illud:) Hodie in domo tua oportet me*

manere. Inc.: „Verba ista moraliter exponendo." Expl.: „Homini uolenti communicare."

97. (51. b. 11.)

Chart. s. XV, f. 401, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. liturg. s. XV, maxima pars foliorum 7—11 et 392 —401 abcissa.

F. 1ᵃ—389ᵇ. *(Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.)* De ed. cf. cod. 31. — 1. F. 1ᵃ—33ᵇ. *R. Incipit exposicio litteralis fratris Nicolai de lira super leuiticum.* Inc.: „VOcauit autem dominus .... Sicut dictum fuit in principio Exodi." Expl.: „Hec sunt mandata et patet Et sic est finis." — F. 33ᵇ—34ᵇ script. vacant. — 2. F. 35ᵃ—153ᵃ. *R. Incipit prohemium Magistri Nicolai de lyra in ysaiam prophetam.* Inc.: „Jherusalem Ewangelistam .... secundum quod dicit beatus Jeronimus." Opus expl.: „Et ipsius dei principaliter cui est .... Amen." — 3. F. 153ᵃ—232ᵇ. *R. Incipit exposicio litteralis N[icolai] de lira super Jeremiam.* Inc.: „PRophetam in gentibus .... Et dictum fuit sibi a domino." Expl.: „Nec in libris correctis." — 4. F. 233ᵃ—243ᵃ. Inc.: „Quomodo Sedet In precedentibus huius libri." Expl.: „Est misereri et parcere Qui viuis .... Amen. *(R.) Explicit postilla litteralis magister Ni[colai] de lira in librum Trenorum ....*" — 5. F. 243ᵃ—249ᵇ. *R. Incipit postilla eiusdem in librum baruch.* Inc.: „Et hec verba. Post librum thobie." Expl.: „Coram deo et angelis Qui in trinitate .... Amen." — 6. F. 250ᵃ—332ᵃ. *R. Incipit postilla Magistri Nicolai de lyra super Ezechielem.* Inc.: „Aperti sunt celi .... In verbo proposito ab ezechiele." Expl.: „Et lux cum eo est cui laus .... Amen." — 7. F. 332ᵇ. *R. Nota hic habetur supplecio defectus in postilla sequente super danielem in tercio capitulo ....* — 8. F. 333ᵃ—389ᵃ. *R. Incipit prologus postille Magistri Nicolai de lira in danielem prophetam.* Inc.: „DAnieli autem .... In verbo proposito tanguntur." Expl.: „Nichil boni possumus facere cui est .... Amen." — 9. F. 389ᵃ. *R. Moralis sentencia de triumphali victoria electorum.* Inc.: „Vnde nota quod quanto." Expl.: „De termino nostre miserie." —

10. F. 389ᵇ—391ᵇ. *Incipit exposicio N[icolai] de lyra super Judith.* Inc.: „Arphaxat itaque. post hystorias susanne.“ Exposicio capitis quarti sic expl.: „Hominis super terram usque ad . . . .“ Finis deest.

98. (51. b. 12.)

Chart. s. XV (1457), f. 184, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., f. 85ᵃ littera initialis picta. Cod. in monasterio Scotensi scriptum esse inde colligitur, quod f. 171ᵃ manu eadem, qua reliqua scripta sunt, adnotatur: „Liber iste est monasterii beate virginis Marie alias Scotorum wienne.“

1. F. 1ᵃ—171ᵃ. *(Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.)* 1. F. 1ᵃ—78ᵇ. *R. Incipit postilla super Exodum edita a fratre Nicolao de lira de ordine fratrum minorum.* Inc.: „SEcundum quod dicit ysidorus.“ Expl.: „De illis superius sunt expressa.“ F. 79ᵃ. Imago tabernaculi foederis explicata. — F. 79ᵇ—84ᵇ script. vacant. — 2. F. 85ᵃ—171ᵃ. *R. Prefacio magistri Ni[colai] de lira In librum duodecim prophetarum.* Inc.: „DVodecim prophetarum . . . . Sicut in libro psalmorum psalmi.“ Expl.: „Adherebunt domino sempiterna fruicione Quam nobis . . . . AMEN. Explicit postilla . . . . 1457.“ — 2. F. 171ᵃ—182ᵇ. *R. Incipit Questio de probacione per scripturas a iudeis receptas; quod mysterium christi predictum a lege et prophetis sit impletum determinata a fratre Nicolao de lira. ord. min. sacre theologie doctore.* Inc.: „QVeritur vtrum ex scripturis receptis a iudeis.“ Expl.: „Ad vomitum reuertuntur.“ Cf. Fabr.-Mansi V 116 et Denis II 302. — 3. F. 183ᵃ—184ᵃ. *Ex epistola petri damiani qui intitulatur antilogus contra iudeos.* Inc.: „Nvnc autem de quibusdam ceremonijs.“ Expl.: „Per orbem sola regnaret.“ Ed. Paris. 1743, III 20—22. — 4. F. 184ᵃ. *(Fragmentum quaestionis illius, quae sub n. 2 eiusdem codicis obvenit.)* — F. 184ᵇ script. vacat.

99. (51. b. 13.)

Chart. s. XV, f. 323, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. post. a: „Iste liber emptus est pro LXXV denarijs.“

1. F. 1ᵃ—20ᵇ et 319ᵇ—323ᵇ. *(Registrum operis.)* — F. 21ᵃ—22ᵃ script. vacant. — 2. F. 22ᵇ—319ᵃ. *Glosa sacre*

scripture. Inc.: „Apparuit gracia saluatoris nostri hominibus omnibus i. ille qui est deus.“ — Expl.: „In celeste horreum preparatur.“ — F. 213^b, 257, 289^b script. vacant.

100. (51. c. 1.)

Chart. s. XV, f. 262, 2°, man. II, ligat. antiqua ligu., tegum. ant. **b**: „Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum wienne pat. dyoc. honorabilis dominus thomas de weytra presb. pat. dyoc. vt oremus deum pro eo et sibi coniunctis.“ Sequitur index contentorum. In dorso: 1478.

1. F. 1^a—259^b. *(Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.)* 1. F. 1^a—16^a. *R. Incipit postilla Magistri Ni[colai] de lira in Cantica canticorum.* Inc.: „OSculetur me .... Expedito primo libro salomonis.“ Expl.: „Suauissima refeccio angelorum et omnium electorum Ad quam .... Amen.“ Inter f. 12 et 13 defectus. — 2. F. 16^a—48^b. *R. Incipit Nicolaus de lyra super librum Sapiencie.* Inc.: „Post libros hystoriales non canonicos.“ Expl.: „Ad laudem nominis tui quod est benedictum in secula seculorum Amen.“ — 3. F. 48^b—96^b. *R. Incipit liber Machabeorum primus cum lectura magistri nicolai lyra.* Inc.: „ET factum est: Post historiam libri Judith.“ Expl.: „Per implecionem misterij verbi incarnati Cui cum patre .... Amen.“ — 4. F. 96^b—140^a. *R. Incipit lectura Nicolai lyre super parabolas Salomonis. Prohemium seu prefacio mag. Nicolai de Lira pro tribus libris Salomonis sapiencialibus.* Inc.: „ECce descripsi tibi.“ Expl.: „Intendere non propono.“ Opus inc.: „Parabole salamonis. Circa primum librum.“ Expl.: „Sapienciam consecuntur.“ — 5. F. 140^a—163^b. *R. Incipit Postilla litteralis in Ecclesiasten eiusdem.* Inc.: „Verba ecclesiastes Sicut dictum fuit.“ Expl.: „Et ad gloriam dei cui est honor .... Amen.“ — 6. F. 163^b—259^b. *R. Incipit Ecclesiasticus.* Inc.: „OMnis sapiencia a domino deo est. Hic incipit liber ecclesiasticus.“ Expl.: „Et disponit omnia suauiter Cuius nomen est benedictum in secula seculorum Amen.“ — 2. F. 259^b—261^a. *R. Exhortacio parisiensis contra hussitas.* Inc.: „Exurgite tandem o christi fideles.“ Expl.: „Et pedes nostros in viam pacis dirigere Datum

Parisiis in nostra congregacione generali aput sanctum Martinum solemniter celebrata Anno domini M° CCCC. vicesimo Octauo. die XIIII Mensis decembris." — F. 261^{b} script. vacat.

101. (51. c. 2.)

Chart. s. XV (1423), f. 345, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.

1. F. 1^{a}—331^{b}. *(Henrici de Hassia commentarius in Gen. c. 3.)* Inc.: „[I]N sudore vultus tui .... Itaque ostensum est in precedentibus qualiter primus homo." Expl.: „Cum apparuerit me gaudenti animo fateor assensurum Taliter ergo et tantum. (R.) Anno domini M.CCCCXXIII Circa festum pasce." Commentarii huius in Genesin amplissimi, cuius ne ipse quidem auctor finem vidit, codex partem exiguam continet; de quo cf. Denis II 185 sqq. et Aschbach 387. — F. 130^{b}—131^{b}, 332—333 script. vacant. — 2. F. 334^{a}—345^{b}. *(Registrum.)*

102. (51. c. 3.)

Chart. s. XV, f. 275, 2°, man. I (Joannis), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV, f. membr. a cap.: fragm. tractatus grammatici.

1. F. 1^{a}—142^{b}. *(Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.)* 1. F. 1^{a}—54^{b}. *R. Postilla Magistri nicolai de lira de ordine fratrum minorum super actus apostolorum.* Inc.: „Repleti sunt .... Sicut lex ewangelica." Expl.: „Ad gloriam | ad quam .... Amen." — 2. F. 55^{a}—93^{b}. *R. Incipit Idem Super epistolas canonicas.* Prohemium. Inc.: „Qvatuor sunt minima terre .... Septem epistole que canonice." Opus expl.: „Facit est eterna." — 3. F. 93^{b}—142^{b}. *R. Et incipit super Apokalipsim.* Inc.: „Oportet te iterum prophetare .... Sicut dixi in principio genesis." Expl.: „Gracia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis Amen." — F. 143 et 144 script. vacant. — 2. F. 145^{a}—273^{b}. *R. Incipit exposicio canonicarum epistolarum fratris augustini de Anchona ordinis heremitarum s. Augustini / prologus super epistolas canonicas septem sequitur.* Inc.: „Honesto ac reuerendo viro domino

gerhardo tholosano nepoti .... Dum frequenter amicus meus.“ Opus expl.: „In futuro de ipsius trinitate Amen. Expliciunt postille .... Et finite sunt per manus Johannis etc.“ Augustinus Triumphus de Ancona 31 annos natus 1274 concilio Lugdunensi interfuit. 1328 Neapoli mortuus est. Ossingerus 47 „quaestiones super epistolam canonicam s. Jacobi“ solum novit. — F. 274 et 275 script. vacant.

103. (51. c. 4.)

Chart. s. XV, f. 282, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum, deinde: „Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum wienne honorabilis dominus thomas de weytra presb. pat. dyoc. vt oremus deo pro eo et sibi coniunctis.“

1. F. 1^a—188^b. *Postilla prima siue exposicio litteralis super librum exodi.* Inc.: „Hec sunt nomina filiorum israel. Nota quod materia seu subiectum.“ Expl.: „Que de istis superius expressa.“ — 2. F. 188^b—271^a. *R. Incipit exposicio Mystica (ad librum Exodi).* Inc.: „Hec sunt nomina filiorum israel. Quidam indigni sunt nominibus.“ Expl.: „Presenciam in carne.“ — F. 271^b—277^a script. vacant. — 3. F. 277^b —281^b. *(Imagines coloribus pictae, quae ad materiam huius voluminis spectant.)* — F. 282 script. vacat.

104. (51. c. 5.)

Chart. s. XV, f. 248, 2°, man. I (Aegidii de Zwyerotycz, cf. cod. 26 et 27), ligat. antiqua lign., litterae initiales rubrae et caeruleae, tegum. ant. b: index contentorum. Cod. nitidissime scriptus est.

1. F. 1 (membr. cum foliis adglutinatis chart.) *Augustinus in laude psalmorum.* Inc.: „Dignum quippe est.“ Expl.: „Ad medullam intimi intellectus per dei graciam perueneris.“ *R. Nota virtutes aliquorum psalmorum.* Inc.: „Ad maiores operas dicendus est psalmus Ad te domine clamabo.“ Expl.: „Oracio ad altare benedicam dominum in omni tempore.“ F. 1^a leguntur versus:

„Dum cor non orat in uanum lingwa laborat
Qui psalmos resecat et verba davitica curtat
Non plus inde feret quam quod lingwa sua taceret.“ —

2. F. 2ᵃ. R. *Canticum ymnus sive psalmus david pro victoria leonis vrsi et goliad philistei in puericia.* Inc.: „Pusillus eram inter fratres meos et adolescencior.“ Expl.: „Comburentur usque ad nichilum.“ Psalmus apocryphus editus est a Fabricio (Cod. pseudoepigr. vet. test. Hamburgi et Lipsiae 1713, 905 sqq.). Cf. cod. 30. — 3. F. 2ᵇ. R. *Incipit prologus beatissimi ieronimi presbiteri in librum psalmorum dauid prophete.* Inc.: „Psalterium rome dudum positus emendaueram.“ Expl.: „Quam de purissimo fonte potare. (R.) Explicit prologus in psalterium gallicanum B. Jeronimi presbiteri.“ — 4. F. 3ᵃ—202ᵃ. R. *Incipit prephacio in librum psalmorum Magistri Nicolai de lira fratrum minorum.* Inc.: „PRopheta magnus surrexit in nobis luc. VII. Quamuis liber psalmorum apud hebreos.“ Opus inc: „Beatus vir. Quamuis beatus Augustinus dicat.“ Expl.: „Permanebit eternaliter deitati vnita. Sub anno domini Millesimo CCCC° XXVI° feria Tercia proxima post Translacionem Sancti wenceslai finitus est liber iste psalmorum cum exposicione super eodem fratris Nycolay de lyra ordinis fratrum minorum excellentissimi in sacra pagina Magistri Comparatus per honorabilem dominum Johannem dictum Pryndl plebanum Ecclesie in Vgezd Scriptus vero et finitus per Egidium de Zwierotycz tunc temporis moram trahentem in Budyeyowycz“. — F. 202ᵇ script. vacat. — 5. F. 203ᵃ—243ᵃ. R. *Cassiodorus* (falso!) *super psalmos penitenciales.* Inc.: „Si ille rex et propheta conuenienter dauid.“ Expl.: „Et suauis iocunditas | ubi tu deus cum patre .... Amen. Explicit gloza Cassiodori super Septem psalmos.“ Idem tractatus in cod. 63(2) s. Gregorio immerito attribuitur. — F. 244ᵇ—248ᵇ script. vacant.

105. (51. c. 6.)

Chart. s. XV, f. 120, 2°, man. I (Conradi Megenwart), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. tractatus grammatici s. XIII, tegum. post. a: versus s. XIII., qui ad historiam naturalem spectant. F. 120ᵇ: „Iste liber est Conradi.“ Cod. in fine mutilus.

F. 1—2 script. vacant. — 1. F. 3ᵃ—16ᵃ. *(Mammotrepti qui dicitur fragmentum, quo vocabula in psalmis occurentia explicantur.)* Inc.: „PEstilencie i. contagij quod dum vnum

apprehendit.“ Expl.: „Versus bis mille sexcentos sex **canit** ille Et sic est finis. (R.) Conradus Megenwart.“ Cf. cod. 59. — F. 16ᵇ script. vacat. — 2. F. 17ᵃ—116ᵇ. *(Psalterium, cantica Isaiae Ezech. Annae Moysis [Ex. 15.] Habac. Moysis [Deut. 32] trium puerorum Zachar., hymnus Ambros., symbolum Athanas., cum glossa interlineari.)* Inc.: „Beatus **vir** .... Nota quod iste psalmus intytulatur.“ Expl.: „Sed **assumpcione** humanitatis.“ Ps. XLII deest. — F. 82ᵇ et 117—120 script. vacant.

106. (51. c. 7.)

Chart. s. XV (1474), f. 315, 2°, man. III (II Wolfgangi de Enczensdorff professi monasterii Scotensis), ligat. antiqua lign., nonnullae litterae initiales pulchriore modo exaratae.

F. 1ᵃ—314ᵇ. *(Postillae Nicolai de Lyra in sacram scripturam.)* 1. F. 1ᵃ—23ᵃ. *R. Incipiunt moralitates magistri Ni[colai de li]ra in ysaiam prophetam.* Inc.: „Visio ysaie. In hoc primo capitulo populi iudaici peccata.“ Expl.: „Scilicet de christo et ecclesie processu.“ — 2. F. 23ᵃ—52ᵃ. *R. Incipit postilla eiusdem moralis super ieremiam prophetam.* Inc.: „[V]ERBA IEREMIE. Per ieremiam qui excelsus domino interpretatur.“ Expl.: „Ewkaristia noui testamenti.“ — 3. F. 52ᵃ—61ᵃ. *R. Incipiunt lamentaciones eiusdem.* Inc.: „QVOMODO SEDET .... Hic incipit lamentacio casus ierusalem.“ Expl.: „In finali iudicio Amen.“ — 4. F. 61ᵃ—83ᵇ. *R. Incipit postilla moralis magistri Ni[colai] de lyra super ezechielem prophetam.* Inc.: „ET FACTUM EST .... In ista prima uisione.“ Expl.: „Quod hic repetere non intendo.“ — F. 84 script. vacat. — 5. F. 85ᵃ—103ᵇ. Inc.: „EGo visionem multiplicaui .... Verbum propositum primo exponendum est.“ Expl.: „Deducetur quod nobis .... *(R.) Explicit moralitas Ni[colai] de li[ra] super danielem.*“ — 6. F. 103ᵇ—148ᵇ. *R. Incipiunt moralitates in librum XII prophetarum minorum et primo in Osee prophetam.* Inc.: „VERBUM QUOD FACTUM EST .... Per osee prophetam qui de mandato domini.“ Expl.: „A dei societate et electorum.“ — 7. F. 148ᵇ—162ᵃ. *R. Incipit liber Machabeorum*

primus. Inc.: „ET factum est .... Per istum allexandrum.“ Expl.: „Adeo magnifice premiatur.“ — 8. F. 162ᵃ—169ᵇ. Inc.: „FRatribus qui sunt .... Hic ponitur quedam prephacio.“ Expl.: „Laudes et gracias christo persolui Cui est .... Amen. *(R.) Explicit exposicio moralis in secundum librum machabeorum Ni[colai] de li[ra].*“ — 9. F. 169ᵇ—203ᵃ. Inc.: „LIber generacionis .... Cristi genealogia describitur hic.“ Expl.: „Et meritum vestrum. *(R.) Explicit moralitas Magistri Ni[colai] de li[ra] super matheum.*“ — 10. F. 203ᵃ—217ᵃ. *R. Incipit moralitas eiusdem super marcum.* Inc.: „Inicium ewangelij .... Per hoc quod marcus ewangelium.“ Expl.: „Corporalibus preferuntur.“ — 11. F. 217ᵃ—249ᵇ. *R. Incipit exposicio moralis Magistri Ni[colai] de li[ra] super lucam.* Inc.: „Fvit in diebus herodis .... Inter ewangelistas lucas signatur.“ Expl.: „Dabit spiritum bonum petentibus se.“ — 12. G. 249ᵇ—267ᵃ. *R. Incipit moralitas eiusdem super Johannem.* Inc.: „IN principio .... Johannes ewangelista tam sublimiter loquitur.“ Expl.: „Maiore est omni laude.“ — 13. F. 267ᵇ—288ᵃ. *R. Incipit exposicio moralis eiusdem super actus apostolorum.* Inc.: „PRimum quidem sermonem feci .... Per hoc christus dedit formam.“ Expl.: „Premio consequendo quod nobis concedat.“ — 14. F. 288ᵃ—314ᵇ. *R. Incipit moralis exposicio in librum apokalipsis.* Inc.: „Apokalipsis ihesu christi. Sicut dictum fuit in exposicione litterali.“ Expl.: „Gracia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis Amen Igitur Ego frater Nicolaus de lira de ordine fratrum minorum deo gracias ago qui dedit michi graciam hoc opus faciendi incipiendi et perficiendi Anno domini M° CCCXXIX Rogo eciam eos qui studuerint in hoc opere quatenus deum pro me deprecentur qui actor est omnis boni Amen. (R.) Expliciunt Postille morales seu Mystice Magistri Nicolai de lira sacre paginis (!) eximij professoris super omnes libros sacre scripture Preter illos qui non videbantur tali exposicione indigere anno 1474. per fratrem wolfgangum de Enczensdorff oriundum professum venerabilis Monasterii virginis gloriose wulgariter Scotorum Wiene hec moralitates sunt rescripte.“ F. 315 script. vacat.

107. (51. c. 8.)

Chart. s. XV, f. 268, 2°, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. membr. a cap.: fragm. hebr.

1. F. 1ᵃ—265ᵇ. *(Nicolai de Gorran postillae in evangelium Matthaei.)* Prologi inc.: „Svme tibi librum grandem .... Hec verba sunt scripta ysaye VIII in quibus." Expl.: „Non tacerem." Opus inc.: „Liber generacionis .... sicud fluuius de loco voluptatis." Expl.: „Futura bona sine fine mansura ad que nos perducat .... Amen et est finis huius voluminis Gorrani super Matheum." — 2. F. 266ᵃ—268ᵃ. *(Registrum.)* — F. 268ᵇ script. vacat. — Nicolaus de Gorran vel de Gorrain Gallus ord. praed. diu docuit Parisiis, ubi 1295 diem supremum obiit. Cf. Quetif-Echard I 437 sqq., ubi prologorum mentio non fit; Oudin. III 1222 sqq. De editionibus vide Fabr.-Mansi III 77 et Denis II 250.

108. (51. c. 9.)

Chart. s. XV (1427), f. 385, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., ab initio mutilus.

F. 1ᵇ—385ᵇ. *Excerpta Gorre super epistolas pauli (= Postillae Nicolai de Gorran? Petri de Tarantasia? in epistolas b. Pauli).* Praecedit tractatulus, qui inc.: „Nota quare epistola pauli ad romanos primo ponitur." Expl.: „Circa canonicas Apostolorum in fine." Opus inc.: „Paulus seruus ihesu christi. In principio huius operis sicud et aliorum operum." Expl.: „Graciam et gloriam dabit dominus Amen Finis omnium excerptorum super Epistolas pauli. Deo gracias alleluja. (R.) Anno dom. M° CCCC XXVII finitus ante festum sancti wenceslai feria." Docti dissentiunt, utrum haec expositio Nicolao de Gorran an Petro de Tarantasia attribuenda sit. Cf. Quetif-Echard I 440—441. Editiones vide l. c., apud Denis II 305 et Hain I 2 p. 487 n. 7815. In hoc codice omnes epistolae s. Pauli exponuntur, deest vero praefatio, quae inc.: „Dedi te in lucem gentium."

109. (51. c. 10.)

Chart. s. XIV (1377), f. 198, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. liturg. s. XIV, f. a cap. a: adnotatio „de institucione noviciorum". Cod. ab initio manc.

1. F. 1^a—194^b. Prologus inc.: „. . . . I°. Ad Cor. X°. Omnia in figura contingebant." Expl.: „Que est gracia consummata." R. Incipit prologus b. Jeronimi. Inc.: „Matheus et cet. Hic est primus prologus b. Jeronimi." Opus inc.: „Liber generacionis.... Ewangelium secundum Matheum diuiditur." Expl.: „Perfecta sciencia de omnibus prestante domino nostro ihesu christo qui cum patre . . . . Amen. *Explicit postilla super ewangelia quatuor ewangelistarum fratris Nicolai de lira Ordinis fratrum minorum Doctoris Sacre Theologie In nomine domini Amen.* Anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo septimo in die Georij. Qui . me . scribebat . Henricus . Auberger . nomen . habebat. Oriundum (!) de Salczpurga. Finis adest vere scriptor wult haustum habere. Amen Orate pro scriptore. Consumptum est. precium non postulo. Scriptoris nomen si quis cognoscere velit En tibi sit primum gil medium ziph sit in ymum. Vnd nicht anders. Heinricus valchastainer cambiensis wer geyt der ist lieb | er sey rauber prenner oder diep." — 2. F. 195^a—196^a. *(Distributio evangeliorum per circulum anni.)* — F. 196^b—198^b script. vacant.

110. (51. c. 11.)

Chart. s. XV, f. 240, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—9ᵃ. Praefatio inc.: „SCribere me aliquod libet et deuocio iubet.“ Opus inc.: „Missus est .... QVid sibi voluit ewangelista.“ Expl.: „Qualecunque opusculum | deuotissime dictaui. *(R.) Explicit Bernhardus super Missus est.*“ Ed. Maur. 1719, I 739 sqq. — 2. F. 9ᵃ—12ᵃ. *R. Incipit Augustinus de benediccionibus Jacob et Esau.* Anno domini M°CCC°XCVIII°. Inc.: „QVid est | quod sub specie Esau benedicitur Jacob.“ Expl.: „Si omnes temptaciones dyaboli viceris Amen.“ Ed. Maur. 1690, III app. 31 sqq. — 3. F. 12ᵃ—12ᵇ. *R. Sequitur eiusdem* (falso!) *planctus de Amissa virginitate.* Inc.: „ANima mea. Anima erumpnosa.“ Expl.: „Quoniam in eternum misericordia tua | Qui es benedictus in secula seculorum Amen.“ Est medit. III s. Anselmi, archiep. Cantuar., et legitur inter eius opera ed. Maur. 1675, 208 sq. Complures huiusce meditationis sententias habet c. 39 libri meditationum, qui s. Augustino immerito tribuitur. — 4. F. 13ᵃ—19ᵇ. *(Fragmentum stimuli amoris b. Bonaventurae.)* Prologus inc.: „Liber iste | qui stimulus amoris in dulcissimum et pium ihesum saluatorem.“ Expl.: „Quiete determinatur.“ Opus inc.: „CVrrite gentes vndique | admiramini.“ Expl.: „Que in hoc mundo potest esse. (R.) Finis Bernhardi“ (falso!). Continet partis primae capitum 1 et 2 particulas, cap. 4 totum; partis secundae cap. 17, capitis 2 particulam, capp. 3—6, 9, 10; partis tertiae capp. 1, 4, 5. Ed. Venet. 1756, XII 1 sqq. — 5. F. 19ᵇ—39ᵃ. *Subsequencia dicuntur Bone Venture.* Inc.: „O Amantissima wulnera domini nostri ihesu christi.“ Expl.: „Et mecum laudet eum omnis creatura Amen. *(R.) Explicit stimulus amoris Bernhardi et boneventure.* In nomine domini nostri ihesu

christi Amen.“ Est fragmentum stimuli amoris b. Bonaventurae continens complementa capitum 1 et 2, capp. 3—5, 7, 6, 8, 9, 11, 10, 12, 14, 15 primae partis; complementum capitis 2, capp. 7, 8, 11—16, 18 secundae partis; capp. 2, 3, 6—14, 16—20 tertiae partis. Cf. editionem supra n. 4 citatam. — 6. F. 39ᵃ—49ᵇ. *R. Incipit liber Soliloquiorum beati Augustini.* Inc.: „COgnoscam te domine cognitorem meum.“ Expl.: „Omnis clemencia sit deo patri et filio et sp. s. Amen. (R.) Explicit soliloquium deuotum s. Augustini Episcopi et egregij doctoris Anno domini 1398.“ Liber non est s. Augustini, sed ex eiusdem et Hugonis Victorini et aliorum sententiis compilatus. Cf. Denis I 2170. Ed. Maur. 1685, VI app. 85 sqq. — 7. F. 49ᵇ—53ᵇ. Inc.: „EGo Augustinus primus peccator.“ Expl.: „Non possumus | conferamus Absentes. *(R.) Explicit Augustinus de uita christiana.* Benedictum sit nomen domini nostri ihesu christi in eternum et vltimum.“ Non est s. Augustini, sed Fastidii Britonis. Cf. Denis I 2098. Ed. l. c. VI app. 183 sqq. — 8. F. 53ᵇ—55ᵇ. *R. Sequitur Augustinus de Disciplina christiana.* Inc.: „LOcutus est | ad nos sermo dei.“ Expl.: „Ego et pater unum sumus.“ Ed. l. c. VI 581 sqq. — 9. F. 55ᵇ—59ᵃ. Inc.: „QVam sit | vtilis et | necessaria.“ Expl.: „Mortis periculo mors eterna vitatur. *(R.) Explicit Augustinus de medicina penitencie.* Benedictum sit nomen domini nostri ihesu christi dei et gloriose virginis marie matris eius in eternum et vltimum.“ Ed. Maur. 1683, V 1350 sqq. — 10. F. 59ᵃ—64ᵇ. *R. De vtilitate penitencie.* Inc.: „QVantum sit | appetenda gracia penitencie.“ Expl.: „Et in odorem suauitatis. (R.) Explicit Augustinus de medicina penitencie.“ Opus spurium. Ed. Maur. 1685, VI app. 231 sqq. — 11. F. 64ᵇ—80ᵃ. *R. Incipiunt sermones Sancti Augustini Ad fratres heremitas.* Inc.: „[F]Ratres mei et leticia cordis mei.“ Expl.: „Orate et ante meum recessum cupio vos salutare in osculo pacis sancto Amen. (R.) Expliciunt sermones Reverendissimi patris Augustini Ad fratres in heremo. Inuenti Parysius A domino Ruperto De Bardis.“ Opus spurium. Ed. l. c. VI app. 303 sqq. — 12. F. 80ᵃ—86ᵃ. *R. Incipit Ammonicio Sancti Augustini* (falso!) *Episcopi Ad matrem*

suam deuotissimam. Inc.: „TVe non inmemor peticionis | o sanctissima mater." Expl.: „Et velle et perficere pro bona uoluntate | Cui est honor .... Amen." Ed. apud Pez, Thes. II 2, 19 sqq. Auctor est Adelherus incertae sedis episcopus, qui epistolam ad Nonsuindam reclusam direxit. Cf. Denis I 797 sq. — 13. F. 86ª—96ª. *R. Incipit Ammonicio Sancti Augustini Ad quendam Comitem karissimum sibi.* Inc.: „O mi frater karissime | si cupis scire." Expl.: „Virtus et imperium et potestas in secula seculorum Amen." Opus spurium. Cf. cod. 28(3). — 14. F. 96ª—97ᵇ. Inc.: „PEr cottidianam experienciam." Expl.: „Et castus in omnibus. Amen. *(R.) Explicit Hugo (a s. Victore) de disciplina nouiciorum.*" — 15. F. 97ᵇ—150ª. *R. Incipit Horologium Aureum de via sapiencie Fratris Amandi ordinis predicatorum (= Henrici Suso).* Prolog. inc.: „SEntite de domino .... Multipharie multisque modis olim in primitiva." Expl.: „Quem habuit in passione filij." Opus inc.: „HAnc amaui .... Erat quidem iuuenis." Expl.: „In decore tuo conspicientes Jhesum christum .... Amen. (R.) Finis est huius deo gracias." Cf. cod. 57(8). — 16. F. 150ª—151ᵇ. *(Officium in honorem divinae sapientiae.)* Inc.: „QVicumque desiderat sapienciam eternam." Expl.: „Custodiat corda et corpora nostra Amen. Explicit cursus sapiencie." — 17. F. 151ᵇ—154ᵇ. *R. Incipiunt Centum meditaciones passionis domini nostri ihesu christi Translatas (!) ex horologio sapiencie in latinum de theutunico sermone.* Prol. inc.: „VEnerabilis ille incarnate sapiencie discipulus." Expl.: „Prout ibidem videbitur presignatum." Opus inc.: „Eya dei sapiencia | domine ihesu christe." Expl.: „Et benedictus sangwis wulnerum tuorum Amen Amen Amen." — 18. F. 155ª—161ᵇ. Inc.: „COgitis me O Paula." Expl.: „Et vos appareatis in gloria Qui cum deo .... est finis huius sermonis deo gracias. *(R.) Explicit sermo sancti Jeronymi egregy doctoris ad paulam et Eustochium de assumpcione beate virginis marie.*" Ed. Venet. 1771, XI 2, 127 sqq. — 19. F. 161ᵇ—162ᵇ. *R. Sequitur Sermo sancti Augustini de natiuitate eiusdem virginis marie.* Inc.: „ADest nobis dilectissimi dies." Expl.: „Ferre precium mundi Qui viuit .... Amen." Ed.

Maur. 1683, V app. 321 sqq. — 20. F. 162ᵇ—163ᵃ. *R. Incipit Sermo sancti Jeronymi ad Paulinum.* Inc.: „OBsecro te Pauline karissime.“ Expl.: „Laus vero bonorum sit et cet.“ — 21. F. 163ᵃ—163ᵇ. *R. Sequitur Ambrosius de moribus Ecclesie.* Inc.: „DIlecte fili. dilige lacrimas.“ Expl.: „Non in terra merces promittuntur.“ Ed. Maur. 1686—1690, app. 488 sq. — 22. F. 163ᵇ—164ᵃ. Inc.: „NEmo dicat fratres | quod temporibus nostris.“ Expl.: „De laqueo pedes meos Ipso domino .... Cuius misericordia plena est terra. *(R.) Explicit Augustinus de honestate mulierum.*“ Ed. Maur. 1683, V app. 488 sqq. — 23. F. 164ᵃ—166ᵃ. Inc.: „AVe fili ut oportet.“ Expl.: „Quod didicisti percepcione. (*R.*) *Explicit ysidorus de norma viuendi* Anno domini Millesimo nonagesimo octauo.“ Sunt excerpta Isidoriana. Similia commemorat Denis I 94 et II 940. — 24. F. 166ᵃ—167ᵇ. Inc.: „CVm moriturus erat Joseph.“ Expl.: „Et opere et consilio et reassistens eis. *(R.) Explicit testamentum Joseph de Virginitate.*“ Ed. apud Fabric., Cod. pseudoep. vet. test. 697 sqq. Cf. Denis I 217. — 25. F. 167ᵇ—170ᵃ. Inc.: „Gloriosissime christiane fidei adlethe.“ Expl.: „Non enim suo aliqualiter fraudatur desiderio. *(R.) Explicit Epistola sancti Augustini* (falso!) *Ad Cyrillum de morte (= de munificentiis) sancti Jeronymi.*“ Opus spurium. Ed. inter opp. s. Hieronymi, Venet. 1771, XI 1, 437 sqq. — 26. F. 170ᵃ—172ᵃ. Inc.: „VEnerabili viro Episcoporum .... Illius sequi vestigia.“ Expl.: „Fuerunt corpora tumulata. *(R.) Explicit epistola Cyrilli* (falso!) *Ad Augustinum de morte sancti Eusebii et miraculis Jeronymi.*“ Sunt tria priora epistolae capita. Ed. l. c. XI 1, 447 sqq. — 27. F. 172ᵃ—180ᵃ. *R. Sequitur Tractatus de puritate consciencie (= tractatus de confessione Matthaei de Cracovia? Joannis de Deo? Thomae de Aquino? Bonaventurae?).* Inc.: „QVoniam fundamentum et ianua omnium virtutum.“ Expl.: „Cum apparuerit gloria tua Ad quam nos perducat .... Amen. (R.) Explicit tractatus de puritate anime Omnia membra mea benedicat virgo Maria.“ Cf. Denis I 225. Ed. inter opp. S. Thomae, Parm. 1864, XVII 308 sqq. et inter opp. s. Bonaventurae, Venet. 1756, XII 223 sqq. —

28. F. 180ᵃ—194ᵃ. *R. Incipit Rychardus de duodecim patriarchis vel Alias de Contemplacione In nomine domini Amen.* Inc.: „BEniamyn adolescentulus in mentis excessu. Audiant adolescentuli sermones de adolescente.“ Expl.: „Divine revelacioni humana racio applaudit. Amen. deo gracias.“ Est opus Richardi a s. Victore, quod in ed. Colon. 1621, 178 sqq. Beniamin minor vel De praeparatione animi ad contemplationem inscribitur et a Beniamin maiore vel De gratia contemplationis eiusdem auctoris distinguendum est. — 29. F. 194ᵃ —198ᵇ. Inc.: „SIcut in physica motus et operaciones referri consueverunt.“ Expl.: „Non nisi solo impossibilitatis freno posse retineri. *(R.) Explicit Tractatus magistri Henrici de Hassia Sacre Theologie doctoris de discrecione spirituum.*“ Hartwig II 21 tractatum hunc Henrico fortasse immerito abiudicat. Cf. Aschbach 397. Ed. Antverp. 1652. — 30. F. 199ᵃ —204ᵇ. *R. Incipit prohemium in Tractatum Reuerendi Magistri hainrici de frimaria de occultacione viciorum sub specie virtutum.* Inc.: „Est via que videtur homini recta.“ Expl.: „Cordis lasciuiam a cordis hospicio poterimus exstirpare Quod nobis . . . . Amen.“ Henricus de Vrimaria, Frimelia, Vrimach, Frimaria, Firmaria, Ferraria patria Thuringus ex pago Frimariae Saxoniae Parisiis, ubi philosophiam et theologiam professus erat, in Germaniam reversus variis in locis docuit. Vixit s. XIII. ineunt. Cf. Ossinger 952 sqq.; Fabr.-Mansi III 231 sq.; Quetif-Echard I 741. A nonnullis membrum ordinis praedicatorum immerito putabatur. — 31. F. 204ᵇ—207ᵇ. *R. Questio magistralis de temptacione dyaboli lecta wienne A Venerabili magistro henrico de Hassia.* Inc.: „Vtrum ars fallax dyaboli temptandi.“ Expl.: „Si a deo permittuntur sic illabi animabus. Finitum In die sanctorum martirum primi et feliciani Anno domini Millesimo CCCC^{mo} vicesimo primo.“ Sequuntur versus morales. Inc.: „Cunctarum rerum prudencia discitur vsu.“ Expl.: „Huius ab inspectu quantum potes esto procul tu.“ Cf. Huemer, Wiener Studien IX (1887) 90. Etiam hos versus Henrico de Hassia, quem etiam carmina composuisse notum est (cf. Denis I 1531, II 194), attribui posse vix quisquam negabit. — 32. F. 208ᵃ—209ᵇ. *(Enumerantur opera Dionysii*

Augustini Ambrosii Hieronymi.) Inc.: „NOtandum est quod libros.“ Expl.: Uirtutes. finis.“

133. (51. e. 11.)

Chart. s. XV (1423), f. 189, 2°, man. II, ligat. antiqua lign. restaur., f. 1^a: „Walthauser (prior possessor?)“, fol. 189 excisum. Helferstorfer in indice codd. mss. addit: „Fuit hic liber ão 1479 Udalrici Perenrewter.“

1. F. 1^a—186^b. *(Postilla ewangeliorum a dominica prima adventus usque ad dominicam XXIV post pentec.)* Inc.: „Adventum domini recolentes scientes eum venisse.“ Expl.: „Ut vivat in presenti vita gracie et in futuro vita glorie Quod nobis prestet .... Amen. Finita est hec presens postilla sub anno domini M° CCCC° XXIII° proximo sabbato post ascensionem domini hora vesperarum et cet.

Sor super scrip li poci

te norum tor bri atur.“

Mor malig rap li mori

Sermones iidem exstant in cod. 46. — 2. F. 187^a—188^a. *R. Tractatus de cura domestica.* Inc.: „Generoso ac felici militi domino reymundo domino castri s. Ambrosii .... doceri petisti a nobis.“ Expl.: „Sua dampnabilis senectus et est finis huius.“ De hac epistola, quae s. Bernardo immerito attribuitur, cf. cod. 118(2). — 3. F. 188^b—189^a. *(Visio Gamaleonis de statu ecclesiae ante novissimum diem.)* Inc.: „Anno domini MCCCC° XXXIX° ipso die s. bartholomei Venerabilis ac egregius vir magister Johannes wünschelburgk sacre pagine professor oppidique ambergensis predicator eximius in ambone prefati oppidi in ecclesia b. martini verba sequencia intonuit. Gamaleon beatus vir et excellentis religionis consangwineus beati bonifacy pape.“ Finem desideramus, quia magna fol. 189 pars abscissa est. — 4. F. 189^b. *(Herbae medicae „ad requiem corporis, contra pestem“ etc.)*

134. (52. a. 1.)

Chart. s. XV, f. 273, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1^a, 107^a, 177^a, 212^b litterae initiales cum ornamentis eleganter pictae, praeterea

litterae rubrae et caeruleae, tegum. ant. b etc.: „Iste liber est monasterii b. Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor dominus Johannes polczmacher Oremus pro eo."

1. F. 1ª—102ª. Inc.: „RVbrica de sponsalibus et matrimonijs postquam de rebus nunc vsque et de spectantibus ad clericos." Expl.: „Leges recipiunt correcciones per canones ¦ laudetur deus in excelsis. *Explicit quartus liber decretalium* (alia manu:) *Anto[nii] de bu[trio]*." Cf. cod. 5(1). — F. 102ᵇ—106ᵇ script. vacant. — 2. F. 107ª—172ª. *(Nicolai de Tudeschis lectura in librum quartum decretalium.)* Inc.: „Supra visum est in precedenti libro de actibus et gestibus." Expl.: „In hoc per aliquam violatam Et sufficiant ad laudem sancte trinitatis Amen. (Alia manu:) Explicit Panormitanus." Cf. cod. 2—4. — F. 172ᵇ—176ᵇ script. vacant. — 3. F. 177ª—212ª. Inc.: „IMperator Justinianus dum esset occupatus circa curam." Expl.: „Locum in futuris casibus. *Expliciunt casus autenticorum*." — 4. F. 212ᵇ—220ª. Inc.: „De represaliarum Materia nec frequens nec cottidiana." Expl.: „Sua auctoritate non potest excedere. *Expliciunt represalie domini bartholdi de saxoferrato doctoris legum excellentissimj*." De auctore cf. cod. 83(3). — F. 220ᵇ script. vacat. — 5. F. 221ª—273ᵇ. *Incipiunt Glose clementinarum cum quibusdam alijs allegacionibus nota digne collecte per dominum nicolaum Siculum Nouiatensem abbatem dignissimum Nunc uero Archiepiscopum panormitanum. Prohemium.* Inc.: „Appellacione iuris uenit Ciuile canonicum et sinodale." Expl.: „Quam tene menti. Et sic est finis omnium Glosarum Clementinarum." Cf. Schulte, Gesch. der Quellen II 313.

135. (52. a. 2.)

Chart. s. XV, f. 289, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 10ª littera initialis picta cum imaguncula, deinceps initiales rubrae et caeruleae, f. 1ª etc.: „Hunc librum contulit monasterio s. marie olim scothorum wienne egregius dominus doctor decretorum mag. iohannes polczmacher oremus pro eo."

F. 1ª—289ª. *(Francisci Zabarella commentarius in Clementinas.)* Inc.: „Nouum nichil esse etc. vna est omnium

fere sentencia." Expl.: „Bona fides." Auctor Patavinus, ibidem et Florentiae ius docuit, postea archiepiscopus Florentinus et cardinalis factus in concilio Constantiensi a. 1417 defunctus est. Cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 283 sqq. De editionibus vide Fabr.-Mansi VI 330. — F. 7ᵇ—9ᵇ et 289ᵇ script. vacant.

136. (52. a. 3.)

Chart. s. XV, f. 306, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., tegum. ant. b: registrum, f. 1ᵃ littera initialis eleganter picta, f. 1ᵃ: „Ister liber est monasterii Sancte marie virginis alias schotorum wienne quem testatus est nobis Egregius decretorum doctor magister iohannes polczmacher."

F. 1ᵃ—306ᵃ. *(Joannis Petri de Ferrariis practica.)* Inc.: „Quoniam uita breuis ac incerta qua fruimur." Expl.: „Cum similibus ibi nota." Cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 294. — F. 306ᵇ script. vacat.

137. (52. a. 4.)

Chart. s. XV, f. 318, m. 2°, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. membr. a cap. et ad calc.: fragm. tractatus scholastici s. XIV, f. 1ᵃ: „Iste liber est Monasterii beate Marie virginis alias Scotorum wienne quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes Polczmacher Oremus pro eo."

F. 1ᵃ—318ᵃ. *(Glossa in institutiones.)* Inc.: „HOmo natus de muliere .... Aduersus quas armatur virtutibus induitur scienciis." Expl.: „In C et ff et hec sufficiant. Finito libro sit laus et gloria christo." — F. 318ᵇ script. vacat.

138. (52. a. 5.)

Chart. s. XV, f. 286, m. 2°, man. II (Ludolpho de Amelingstorp), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: formulae medicinales contra calculum et pestilentiam, f. 284ᵃ: „Iste liber est (alia manu: fuit) Magistri Friderici Althaimer (alia manu:) et in testamento suo datus est monasterio scotorum wienne oremus pro eo."

1. F. 1ᵇ—259ᵃ. *R. Incipit prologus in librum de proprietatibus rerum fratris Bartholomei de anglia fratris ordinis Minorum.* Inc.: „Cvm proprietates rerum sequantur sub-

stancias." F. 256^{b} expl.: „Qui est deus sublimis et gloriosus et viuens et regnans in secula seculorum Amen." Sequuntur nomina auctorum, de quorum scriptis opus extractum est, deinde tituli libri. Bartholomaeus Anglicus de Glanvilla ex comitibus Suffolciensibus, ordinis minorum, circa 1360 floruit. Cf. Jöcher II 1014 sq. Editiones enumerant Fabr.-Mansi I 179 et Cave II app. 66. — F. 259^{b}—261^{a} script. vacant. — 2. F. 261^{b}. *(Remedia contra varios morbos.)* Nominantur Ulricus Berlius et Henricus Albino medici. — 3. F. 262^{a}—265^{a}. *(Tractatulus de practica quadrantis.)* Inc.: „OMnis sciencia per instrumentum." Expl.: „Hec quoque de practica quadrantis causa introduccionis breuiter dicta sufficiant." — 4. F. 265^{a}—265^{b}. *R. Incipit operacio et formacio quadrantis.* Inc.: „Qvadrans describitur in quadrante." Expl.: „Sic veraciter inuenisti quod queris." — 5. F. 265^{b}—268^{b}. *R. Hic incipit algorismus.* Inc.: „Omnia que a primeua rerum origine." Expl.: „Tam in numeris quadratis quam cubicis." Eundem tractatum commemorat Grillnberger, Die Handschr. der Stiftsbibl. zu Wilhering in Xen. Bern. II 2 cod. 69 (18). — 6. F. 268^{b}—270^{a}. *R. Incipit compotus recti ordinis (cum adnotationibus marginalibus.)* Inc.: „TEmpora dante deo mea scribere curat arundo." Expl.: „Concaua iure manet." Scriptores de computo vide apud Fabr.-Mansi I 407. — 7. F. 270^{a}—276^{b}. Inc.: „SIcut scribitur secundo de generacione." Expl.: „Orta est et vita eterna Ad quam .... Amen. *(R.) Expliciunt secreta mulierum edita per magistrum petrum de Rauenna.*" De auctore nihil inveniri potuit. — 8. F. 276^{b}—282^{a}. *R. Incipit Cyrurgia minor magistri Lanfranci que sic incipit.* Inc.: „INtendes venerabilis amice Bernharde." Expl.: „Operari." Lanfrancus de Mediolano, chirurgus Parisiensis, versus finem s. XIII vixit. Cf. Jöcher II 2243. De editionibus vide Fabr.-Mansi IV 241. — 9. F. 282^{a}—283^{b}. *R. Incipit Antidotarius magistri Lanfrancij.* Inc.: „Suscipias itaque anthidotarium medicinarum." Expl.: „Michi autem veniam peccatorum qui sit .... Amen." — 10. F. 283^{b}—284^{a}. *(Consilia medica.)* Inc.: „Ad rupturam purga prius humorem." Expl.: „Valet ut predictum vnguentum." — 11. F. 284^{a}. *R. Syrupus communis.*

Inc.: „Syrupus contra tercianam decolera rubea.“ Expl.: „Sic poteris cognosceris syropos. (R.) Iste liber completus est per magistrum ludolfum de amelingstorp nacionis holyn (?).“ — 12. F. 284ᵃ. *(De idropisi.)* Inc.: „Idropisis ex immundis humoribus solet.“ Expl.: „Ydropicus curabitur procul dubio.“ — 13. F. 284ᵇ–285ᵃ. *(Varia remedia v. g. mag. Elbrici contra venenum, mag. Stephani de Franconia pro corde humano, pro capite, pro oculis.)* — F. 285ᵇ—286ᵇ script. vacant.

139, 140. (52. b. 1, 2.)

Membr. s. XIV ex. aut s. XV in., II vol., f. 256 et 239, m. 2°, man. I, ligat. antiqua coriac., f. 1ᵃ: „Alexander Pauli filius Petauius Senator Parisiensis anno 1647.“ In fine desunt folia ca. 174. Codex iste pulcherrimus non solum litteris initialibus nitide ornatus, sed etiam variis imaginibus elegantissime illustratus est. (Vol. I. F. 14ᵃ lapsus protoparentum eorumque e paradiso expulsio, f. 99ᵇ historia Jasonis, f. 114ᵇ Troia urbs captivata, f. 121ᵇ Alexander Magnus, f. 141ᵇ Julius Caesar, f. 155ᵇ nativitas et annuntiatio B. M. V. et visitatio Elisabeth, f. 202ᵇ assumptio B. M. V., f. 229ᵃ chori angelorum. Vol. II. F. 1ᵃ passio s. Andreae apostoli, f. 166ᵃ Gregorius Magnus et Petrus Damiani colloquentes, f. 223ᵇ martyria Christianorum Domitiano imperatore.)

Vol. I et II. (Inscriptio manus recentioris [s. XV] I f. 1ᵃ legitur:) *La fleur des histoires Composee par Jehan Mansel.* Auctor, de quo nihil inveniri potuit, aut in regione septentrionali Franciae (Soissons? cf. I f. 224ᵇ) aut in Belgia (chronica rerum Belgicarum olim in cod. fuerunt!) vixisse videtur.

Vol. I. 1. F. 1ᵃ—12ᵃ. *(Registrum contentorum.)* — F. 12ᵇ—13ᵇ script. vacant. — 2. F. 14ᵃ—155ᵇ. *(Liber primus.)* R. le prologue du liure ou len treuue la matere du liure. Inc.: „COmme Il appartiengne a chascun roy.“ Expl.: „Et peut ce liure estre apele la fleur des histores Car comme de la fleur vient la fruit Ainsi de mirer et de regarder souuent en ceste fleur peut venir bon fruit a ceux qui se y occuperont a la loenge de dieu qui veulle mener cest euure a perfection Amen.“ Lib. primus inc.: „Quant Il vint a plaisir a dieu.“ Expl.: „Ou elle estoit oblegie par pecher.“ Liber continet historiam sacram usque ad adventum domini (f. 14ᵃ—93ᵃ) et profanam gentium orientalium, Graecorum, Romanorum usque

ad mortem Octaviani (f. 93^a—155^b). Distinguntur f. 93 septem aetates mundi: 1. A creatione mundi usque ad diluvium, 2. ad Abraham, 3. ad David, 4. ad captivitatem Babylonicam, 5. ad incarnationem, 6. ad Antichristum, 7. ad interitum mundi. — 3. F. 156^a—256^b. *R. Cy commence le second liure de la fleur des histors* Et primes le prologue du liure ou la matere est declaree dont Il traite. Inc.: „COmbien que la matere principal.“ Lib. expl.: „Le pere le fil et le saint esprit Amen.“ Liber secundus agit 1. de vita salvatoris et B. M. V. et de angelis (f. 156^a—232^b), 2. de rebus Romanis usque ad Titum imperatorem (f. 232^b—238^a), 3. de provinciis imperii Romani, quae secundum alphabeti ordinem enumerantur et describuntur (f. 238^a—256^b).

Vol. II. F. 1^b—239^b. *Cy commence le tiers liure de la fleur des histors* Et primes le prologue .... Inc.: „COmme Il fu dit au commencement du liure.“ Expl.: „A force dedens leurs paluz ....“ Finis deest. Liber tertius de his materiis agit: 1. F. 1^a—166^a: *(Vitae sanctorum:)* Andrieu ap. Adrien Appollinaire Abdon et Sennes Anthoine Agapit Alexandre Agathe Agnes Anastaise vierge et mart. Aubin Anastaise conf. Augustin Ambroise Agathon Alexis Arsenie Aumer Anian Arnoul archev. de Tours Arnoul ev. de Mez Aurer Anthoine del ordre des freres mineurs Berthelemien Barnabe Benin Barbe Boniface mart. Blaise Benoit Basile Balaan et Josaphat Bricce conf. et archev. de Tours Bertin Banon Berte Bede Bernard De la s. Croix Clement Colombe Calixt Cirice Cecile Cornille et Cyprien Crissante et Darie Cosme et Damien Des quatre Couronnes Crispin et Crispinien Des quarante chevaliers martirs Ciriace Cassien Clare Denis Des sept dormans d'Ephese Donat Donatien Dominique Estienne le prem. mart. Eustace Eugenie et Prothe et Jacinthe Estienne pap. Eufemie Erasme Euzebe Eufrome Euffrase Eloy Elizabeth Felicite et ses freres martirs ses enfans Foy Fustien et Victorice et Gentien Felix et Audacte Firmin Folquin Foursy et Folien Francois conf. et pere de freres mineurs Gervais et Prothais George Gorgone et Dorothe Grisogone Gregore ev. de Nazareth Germain ev. d'Aucerre Genoveve Germain ev. de Paris Gregore pap. Gille

Hilaire Hilarion Honnore ev. d'Amiens Honorine Hubert ev. de Tongre Jehan bapt. Jehan ap. Jaque le grant Jaque le petit Ignatien Jaque mart. Ipolite Justine et Cyprien Julienne D'aucuns saints qui eurent le nom Julien Just Jehan et Pol Januaire Jherome Jehan conf. et ev. Josse Jehan d'Alexandrie Katherine Kiriace Luc Longis Laurent Luce et Geminien Luce Leon Livin Lienart Leu archev. de Sens Legier Lambert Loeys roy de France Loeis de l'ordre des freres mineurs Mathieu Mathias et Joseph le Juste Marc De plusieurs s. martirs qui eurent nom Marcel Marthe Marie Magd. Marin et Marthe sa femme Maurice Marcellin Maximien Menne Marguerite Martin de Tours Marie egypt. Martin pap. Marine Machaire Moyse Maglore Mamertin et Marien Marguerite dite pelage vierge Maxe Mor Neree et Achillee Nazaire et Celse Nicholas Nichaise et Eutrope Origene Pierre Pol ap. Perrenelle Phelippe Pelerin Pol le prem. hermite Prisce Pelagie Prime et Felicien Penthaleon Pancrace Pastour Paule et Eustoce Patrice Pierre le mart. de l'ordre des freres prescheurs Quentin Remy Richiez Simon et Jude De plusieurs saints qui eurent le nom Saturnin Simphorien Savinien et Savine Sebastien Serge et Bache Simplicien et Faustin Serapie et Sabine Second et d'aucuns autres saints martirs Silvestre Servais Souplice Silvin Sanson Thomas ap. Thimothee et Apollinaire Tecle Theodore mart. Thays Theodore Thiebault Thomas archev. de Cantorbie De plusieurs saints qui eurent nom Valentin Vitale et Valerie Vrbain Valere et Vincent Vite et Modest Victor et Couronne De XI^{M} vierges mart. Vaast D'une vierge d'Anthioce martire Vomoc Vulfian Vigor Vulmar Christine Christofle. — 2. F. 166^{b}—186^{a}. *R. Cy commence listore en brief prinse sur le dyalogue saint gregore et premierement sur le premier liure proheme* (= excerpta e libr. I, III, IV dialog. Gregorii Magni). Inc.: „Dyalogue cest a dire parole de deux hommes.“ Expl.: „Quil auoit chante messe pour lui.“ — 3. F. 186^{a}—233^{b}. *R. Cy apres commencent les examples moraux a diuers propoz assambles et extrais de pluseurs escriptures qui moult peuent valoir pour bonnes meurs.* R. Vn abbe ne doit point estre trop rigoreux enuers ses jones moines. Inc.: „SAint anselme raconte que

vn abbe se complaigni." — Expl.: „Jeusse estre dampne O quelle note etc." — 4. F. 234ª—239ᵇ. *(Historia Romanorum usque ad Valentinianum I imperatorem continuatur.)* R. Histore de lempereur domicien. Inc.: „APres le mort titus." Expl.: „A force dedens leurs paluz . . . ." — Index (f. 8ᵇ—12ª) docet in codice olim fuisse haec (quae nunc perdita sunt): 1. Cy parle du commencement des françois et de leur domination et seignourie (= historia imperatorum Byzantinorum et regum Merovingiorum). 2. Cy commence listore du preu charles le grant qui fut roy de france et empereur de rome (= historia Franciae a Carolo Magno usque ad Carolum VI et eiusdem temporis historia universalis). 3. Cy commence listore des papes de rome et de leurs constitutions. (Nominantur Sylvester Gregorius Gerbert.) 4. Histore de griseldis qui peut estre appelee le mireon des dames. 5. Cy sensient vne briefue recollection dexemples des vertueux fais des princes christiens contenans les quatre vertus cardinales. 6. Cy apres sensient vne meditation moult prouffitable. 7. Cy commence listore de la gent belgis que maintenant len nomme banay en haynau extraite en brief pour auoir congnoissance et memore de la fondation dicelle belges et de la premerame (?) domination dicelle. 8. Commence listore de gerard de roussillon.

141. (52. b. 3.)

Chart. s. XIV ex. aut s. XV in., f. 529, m. 2°, man. I, ligat. antiqua coriac., verus foliorum ordo: 1—143, 227—239, 144—226, 240—259; deest f. 1; inter f. 18 et 19, 28 et 29, 38 et 39, 135 et 136 quaedam interciderunt; pars folii 169 abscissa. Codex imaginibus pulchris abundat.

1. F. 2ª—8ᵇ. *(Index contentorum.)* — 2. F. 9ª—529ᵇ. *(Chronica mundi ab initio usque ad tempora Caroli Magni lingua germanica scripta.)* Inc.: „HErr Jhesu criste vogt himelischer herrschaft Got vnd kunig." Expl.: „Nach Constantino bas kaiser karel. (R.) Sanctus Lucas schreibt." Chronica haec auctoris incerti, verisimiliter Austriaci, in duas partes dividuntur. Pars prior (f. 9ª—444ª) de historia Judaeorum, gentium orientalium, Graecorum, Romanorum agit idque

hoc modo, ut libri s. scripturae veteris testamenti deinceps absolvantur et inter singulos historia profana ut „incidentia“ intericiatur. In parte altera (f. 445^b—529^b) sermo est de vita et morte salvatoris, de historia paparum usque ad Sergium I, de historia imperatorum usque ad Constantinum V. Cf. quae dixi de hoc codice apud Nagl-Zeidler, Deutsch-österr. Literaturgeschichte, Wien 1898, 320—321.

142. (52. b. 4.)

Membr. s. XIV, f. 196, 2°, man. II, ligat. antiqua lign. restaur. F. 196 tegumento post. adligatum est.

F. 1^a—196^a. *R. Incipit e[x]posicio in tercium quinquagenam Honorii solitarii.* Inc.: „Quatuor svnt genera prophecie.“ Expl.: „Sentencias autem esse sanctorum.“ Post commentationem psalmorum exponuntur cantica biblica, hymnus Ambrosianus, oratio dominica, symbolum apostolorum et Athanasianum. Fragmenta apud Pez, Thes. II 1, 95 sqq. et Migne, Patrol. lat. CLXXII 193 sq. solum typis expressa. De auctore, presbytero et scholastico s. XII ineunt., quem plerumque Augustodunensem adpellant, cf. Pez, Dissert. isag. in tom. II Thes. IV sqq.; Cruel 129 sqq.; Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen II 230 sqq.; Diemer, Sitzungsber. der k. Akad. der Wissensch. XXVIII 148, 356 LV 287.

143. (52. b. 5.)

Membr. s. XIV, f. 337, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: fragm. antiphonarii s. XIV.

1. F. 1^a—4^a. *R. Incipit tabula ewangeliorum misse per circulum anni.* — 2. F. 5^a—337^b. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Concordancia ewangelistarum.* Inc.: „Qvatuor facies vni erant sicut trinitas personarum diuine essencie.“ Expl.: „Sollempnis translata est processio de ista ad illa.“ In singulis paginis binae columnae, quarum unam angustiorem textus evangelicus, alteram multo ampliorem commentarius obtinet.

144. (52. b. 6.)

Membr. s. XIII, f. 99, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ª (man. s. XV): „Iste liber est monasterii b. virginis alias scotorum wienne datus a quodam sacerdote Orate pro eo."

F. 1ª—99ᵇ. (Inscriptio in tegum. ant. a legitur:) *Super Matheum lectura.* Prolog. inc.: „Svme tibi librum grandem .... Hec uerba que scripta sunt." Expl.: „Contrarietate conscripserunt." Opus inc.: „Liber generacionis etc. hic liber primo potest diuidi." Expl.: „Vbicunque duo vel tres fuerint congregati."

145. (52. b. 7.)

Membr. s. XIII, f. 91, 2°, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. 1ᵇ, 49ᵇ, 50ª, 50ᵇ, 65ª litterae initiales nitidissime exaratae, tegum. ant. a: 1. Transactionis alicuius tabulae, quas Christianus Pecherberger (?) „amptman und phleger der Schotten gut ze Wienn" anno 13.. conscripsit. 2. Fragm. s. XIII de re medica.

F. 1ª—91ª. *(Commentarii in Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, librum Sapientiae cum textu sacro et glossa interlineari.)* 1. F. 1ª—49ᵇ. *R. Incipiunt parabole Salomonis.* Opus inc.: „Parabole grece latine similitudines quod uocabulum." Expl.: „Probante ac remunerante deo cui est honor et gloria." Praecedit prologus s. Hieronymi. — 2. F. 49ᵇ—64ᵇ. *R. Incipit liber ecclesiastes.* Opus inc.: „Jeronymus. Verba ecclesiastes filii dauid." Expl.: „Ad uoluptates hortari." Praecedit prologus s. Hieronymi. — 3. F. 64ᵇ—91ª. *R. Incipit liber sapiencie cum glosa.* Inc.: „Rabanus. Hunc librum ieronimus asserit non a salomone." Expl.: „Liberauit eos dominus." — F. 91ᵇ script. vacat.

146. (52. b. 8.)

Membr. s. XIV (1359), f. 115, 2°, man. I (Joannis de Budwicz), ligat. antiqua lign. restaur., litterae initiales rubrae et caeruleae, inter f. 20 et 21 nonnulla, inter f. 58 et 59 duo folia exsecta, multa folia dissecta.

F. 1ª script. vacat. — F. 1ᵇ—115ª. *R. Incipit prohemium Alexandri super Johannem.* Inc.: „[A]Micus sponsi qui

stat .... In quo quidem uerbo." Expl.: „Magister uester. Explicit prologus beati Jeronimi super Johannem expositus a fratre Alexandro de Alexandria de ordine fratrum Minorum : Sacre Theologie doctore precipuo deo gracias." Opus inc.: „In principio erat uerbum. Hoc ewangelium diuiditur in 4^{or} partes." Expl.: „Comprehendi fortasse non possent. Explicit liber Anno dom. Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo nono per manus Johannis de Budwicz in die decollacionis sancti Johannis Baptiste." F. 115^{b} script. vacat. Alexander de Alexandria, ordinis minorum generalis, 1314 Romae mortuus est. Cf. Fabr.-Mansi I 61, Wadding. Ann. ad a. 1313 sq.

147. (52. b. 9.)

Membr. s. XII/XIII, f. 141, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., f. 16^{a}, 17^{a}, 40^{b} etc. litterae initiales diligenter exaratae, in interior. tegum. partibus index et pennae probationes. De hoc cod. cf. Wattenbach, Archiv für ältere deutsche Gesch. X (1851) 592; Huemer, Wiener Studien IX (1887) 90; Hüffer, Der heilige Bernard von Clairvaux, Münster 1886, I 109.

1. F. 1^{a}—3^{b}. *R. Passio sancti Potiti Martyris.* Inc.: „Matrona agathonis senatoris uxor." Expl.: „Regnante domino." Ed. AA. SS. Boll. 13. Jan. I 754—757. Cap. I in cod. deest. — 2. F. 4^{a}—15^{b}. *R. Incipit prologus in uita sancti Emundi (= Edmundi archiepiscopi Cantuariensis auctore Bertrando monasterii Pontiniacensis priore).* Inc.: „Excellentis ingenij et fecunde facundie oratores." Opus expl.: „Abstinencie nexibus alligauit. Explicit. Amen." Ed. Martene-Durand, Thes. nov. anecdot. III 1775—1826 et 1854—1855. Bertrandus ordinis cisterciensis ca. a. 1247 iussu abbatis sui vitam s. Edmundi conscripsit. Cf. Visch, Bibl. cisterc. 54. — 3. F. 16^{a}—39^{b}. *R. Incipit prefacio Sancti Berinhardi clareuallensis abbatis in vitam sancti Malachie episcopi.* Inc.: „Semper quidem opere precium fuit." Opus expl.: „Habeamus ducem tecum et cum ipso pariter regnaturi in secula seculorum amen." Ed. Maur. 1719, I 663 sqq. — 4. F. 40^{a}—105^{b}. *(Vita s. Bernardi abbatis Claraevallensis in V libris.)* R. *Incipit prologus domini Gvillelmi abbatis s. theodorici in uitam s. bern-*

hardi abbatis clareuallensis. Inc.: „Scripturus vitam serui tui.“ Expl.: „Propositum aggrediamur.“ *R. Incipit liber 1*[us] *de uita s. bernhardi abbatis.* Inc.: „BERNHARDVS castellione burgundie oppido oriundus.“ Expl.: „Superbiam humilitate.“ *R. Subscripcio precedentis operis quam Burchardus abbas balernensis apposuit.* Inc.: „Prescriptvm opus uoluminis huius.“ Expl.: „Preoccupato. Explicit liber 1[us].“ *R. Incipit prefacio hernaldi boneuallis abbatis in secundo uite eiusdem.* Inc.: „Virorum Illustrium gesta.“ Expl.: „Bonitas condonabit.“ *R. Incipit liber secundus.* Inc.: „Ea Tempestate honorius papa.“ Expl.: „Pacis desiderata serenitas.“ *R. Incipit liber tercius.* Inc.: „Innumeris quidem signis.“ Expl.: „Per pauca de multis.“ *R. Incipit liber IIII*[us] Inc.: „Sicvt Sermone super cantica canticorum.“ Expl.: „Omnia comprehendi.“ *R. Incipit liber V*[us]. Inc.: „Dvm Post tantos labores.“ Expl.: „De se uerba delectent.“ *R. Epistola eius ad arnaldum abbatem boneuallis qui ei quedam xenia mittens de eius ualetudine per nuncium fuerat sciscitatus.* Inc.: „Suscepimus caritatem uestram.“ Expl.: „Agnoscatis affectum.“ *(Continuatur liber quintus.)* Inc.: „Hoc exemplar epistole.“ Expl.: „Sicut et tu super omnia deus benedictus in secula. Amen. Explicit uita sancti bernhardi abbatis.“ Editiones vide apud Potthast, Wegweiser 629. — 5. F. 105[b]—108[a]. *R. De translacione s. qvirini martiris.* Inc.: „Post multa curricula temporum.“ Expl.: „Per sancti martiris sui intercessionem ihesus christus .... Amen.“ Non est translatio, quam ediderunt Martene-Durand III 1685 sqq. De s. Quirino vide Wetzer et Welte, X 694. — 6. F. 108[a]—115[b]. *(Vita s. Othmari abbatis.)* 1. F. 108[a]. *R. Incipit prologus (Walafridi Strabo) in miracula sancti othmari abbatis.* Inc.: „Finitis Duobus libellis.“ Expl.: „Segnis non erit.“ Ed. Monum. Germ. SS. II 40. — 2. F. 108[a]—110[b]. *R. Incipit liber de uirtutibus s. othmari abbatis.* Inc.: „Magnvm Miraculum quod in translacione sacri corporis.“ Expl.: „Iteratam fuisse sollerciam.“ Sunt capp. 9—17 vitae s. Othmari auctore Walafrido Strabo (ed. Monum. Germ. SS. II 44—47). — 3. F. 110[a]—115[b]. *(Ysonis de miraculis Othmari libri II.)* Inc.: „Cvm beati uiri corpusculum.“ Expl.:

„Relictoque sustentaculo sanus abscessit." Ed. Monum. Germ. SS. II 48—54. Lib. II c. 5 et 6 in cod. desunt. — 7. F. 115ᵇ—125ᵇ. *R. Incipit uita s. epyphanii episcopi.* Inc.: „Beatissimus pater noster epiphanius." Expl.: „Uitam mereantur obtinere perpetuam ad laudem et gloriam patris .... Amen." Multum discrepat ab illa, quam edidit Surius, Vit. SS. 12. Mai, 151—166. — 8. F. 125ᵇ—135ᵃ. *R. Incipit uita s. Udalrici episcopi.* Inc.: „Egregius christi confessor vdalricus." Expl.: „Ac multa infirmis parantur beneficia donante christi gracia qui uiuit .... Amen." Non concordat cum editionibus apud Potthast, Wegweiser 915 adlegatis. — 9. F. 135ᵃ—141ᵇ. *R. Incipit uita sancte marthe hospite christi.* Inc.: „Sancte ecclesie typum beata martha." Expl.: „Dedistis michi manducare quod ipse prestare dignetur .... Amen." Non inveniri potuit.

148. (52. b. 10.)

Membr. et chart. s. XIV, f. 228, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. a: „Epistolarum beatissimi Jeronimi secunda pars." F. a cap. et ad calc.: fragm. antiphonarii.

1. F. 1ᵃ—2ᵃ. *(Index epistolarum s. Hieronymi in hoc cod. contentarum.)* — 2. F. 2ᵃ—2ᵇ. *(Index epistolarum eiusdem, quae „in antiquo libro" contentae fuerunt et in nostro chirographo non inveniuntur.)* — 3. F. 4ᵇ. *(Index epistolarum eiusdem, quae „possunt congrue et vtiliter in refectorio legi" et quae „legi possunt in exequiis fratrum nostrorum.")* — 4. F. 2ᵇ—4ᵃ. *(Epistolae s. Hieronymi ad Hedibiam fragm.)* Inc.: „IGnota wultu fidei michi ardore." Expl.: „Plenius dictum putamus." Ed. Venet. 1766, I 818—823. — 5. F. 5ᵃ—45ᵃ et 100ᵇ—206ᵃ. Ep. ad Damasum inc.: „ET factum est in anno." Ep. ad Rufinum expl.: „Qui possint figuratis laudibus delectari. *(R.) Expliciunt Epistole b. Jeronimi.*" Sunt autem ed. Venet. 1766, I epp. 1, 4—27, 30—32, 38—45, 47, 49, 52—57, 60, 61, 64, 67, 69—73, 75—77, 79, 81, 83, 84, 94, 97, 101—105, 107, 109—112, 115—118, 120, 124, 125, 127, 129, 140. Divisae sunt in duas partes epp. 18 (f. 5ᵃ—10ᵇ et 14ᵃ—15ᵇ), 55 (f. 41ᵃ—43ᵇ), 72 (f. 177ᵇ—

179^a et f. 185^a—185^b), 84 (f. 173^b—177^a), 117 (f. 168^a—171^a). Mancae sunt epp. 110 in initio (inc. f. 51^a: „Cvr itaque conor“ [c. 3]), 140 (inc. f. 192^b: „Frater karissime Cipriane scito prenoscens quia si scribatur extrema littera“, desunt in initio capp. 15). Spuriae sunt epp. ad Tyrasium (f. 88^a—96^b, ed. l. c. XI 2, 357 sqq.) et ad Oceanum (f. 100^b—102^b, ed. l. c. XI 2, 369 sqq.) — 6. F. 95^a—100^b. *R. Item Jeronimus aduersus vigilancium.* Inc.: „Mvlta in orbe monstra.“ Expl.: „Christi ministerio arbitrantur indignos.“ Ed. l. c. II 387 sqq. — 7. F. 206^b—228^a. *(Registrum materiarum.)* — F. 228^b script. vacat.

149. (52. b. 11.)

Membr. s. XIV, f. 168, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. liturg. s. XV, litterae initiales diligenter exaratae.

1. F. 1^a. *(Bulla publicationis decretalium Gregorii IX cum glossa marginali.)* Inc.: „Gregorius .... [R]ex pacificus pia miseracione disposuit.“ Expl.: „Absque auc[toritate] se[dis] ap[ostolicae] speciali.“ Cf. Laurin, Introductio in corpus iuris canonici, Friburg. 1889, 140 sqq. — 2. F. 1^b. *(Symbolum.)* Inc.: „[F]irmiter credimus et simpliciter confitemur.“ Expl.: „Jhesus christus cuius ....“ Finis deest. — 3. F. 1^b—2^b. *(Adnotationes iuridicae.)* — 4. F. 3^a—165^b. *R. Incipit summa gaufredi supra ius canonicum.* Inc.: „Glosarum diuersitas · intelligenciam textus non numquam · obtenebrat.“ Expl.: „Malui repeti quam deesse. Explicit liber quintus · amen · Gloria Sit christo · de cuius munere sisto.“ De Galfredo vel Goffredo de Trano, ecclesiae Romanae subdiacono et Gregorii IX papae capellano, cf. Schulte, Die Gesch. der Quellen II 88 sq. De hoc cod. cf. Schulte, Die Rechtshandschr. n. 93. — 4. F. 166^a—167^a et 168^a—168^b. *(Adnotationes iuridicae.)* — F. 167^b script. vacat.

150. (52. b. 12.)

Membr. s. XIII, f. 124, 2°, man. I, ligat. antiqua chart., post fol. 2 quaedam desunt, quorum loco quatuor fol. chart. s. XVI inserta;

argumentum hoc: „Forma Etlicher Aidts pflichten, wue die bey gericht gebreichig, sambt kurzer Verwahrnuss derselben Bedeittung, vnd Straff." In fine quinque fol. chart. script. vacant. Tegum. ant. b: „Ex libris Jos. Bonaventurae Franz J. U. D." F. 1ª: „Mariae Beatissimae Virginis Monasterio Vulgo Scotorum Viennae comparavit P. Amandus Perschl, emit III fl. in auctione Franziana."

F. 1ᵇ—214ᵇ. *(Expositio evangelii Lucae.)* Prologus inc.: „Lectorem obsecro studiose paginas recensentem." Textus sacer inc.: „. . . . tibi filium et uocabis nomen eius iohannem." Expositio inc.: „Singularis miraculi indicium quociens hominibus." Expl.: „Quando reuertatur a nvpciis." Tres columnae, quarum media textum evangelicum cum glossa interlineari exhibet.

151. (52. d. 2.)

Chart. s. XV, f. 247, 8°, man. XIII, ligat. antiqua lign., f. membr. a cap. et ad calc.: fragm. breviarii, fol. chart. adligat. folio a cap.: 1. Index. 2. „Liber iste comparatus est tempore Jo[annis] abbatis oremus pro eo." 3. „Sebastianus peuntner ist das puech." F. 1ª: „Iste liber est monasterii b. virginis scotorum wienne. 1598." Folia nonnulla inter f. 172 et 173 et inter 199 et 200 exsecta.

1. F. 1ª—28ᵇ. *R. Opus Hugonis ad nouicios qualiter virtus acquiratur per disciplinam (= Hugonis de s. Victore de institutione novitiorum).* Inc.: „Qvia fratres largiente domino de vana conuersacione." Expl.: „Bonitatem orate vt vobis det deus Amen." In indice s. Bernardo attribuitur, adpositis tamen his verbis: „Alibi intitulatur hugo de institucione nouiciorum et verius quia non est stilus s. Bernhardi." Ed. Venet. 1588, II f. 15 sqq. — 2. F. 28ᵇ—102ª. *(Florum s. Bernardi sive exceptionum libri I—IV c. 12 auctore Guilielmo s. Martini Tornacensis monacho.)* Praecedunt versus:

„Par est in verbis odoriferis id opus herbis
Nempe gerit flores Bernhardi nobiliores."

Prologus inc.: „Cvm non essem alicui exercicio magnopere occupatus." Expl.: „Juxta se positas designavi." R. Incipit liber primus excepcionum collectarum de diuersis opusculis beati Bernhardi egregij abbatis clareualensis editus ab episcopo zeno (!) de eo quid deus est. Inc.: „Quid est deus."

Lib. IV c. 12 expl.: „Ad uomicum." Opus, quod Guilielmo seu Willermo s. Martini Tornacensis monacho (ca. a. 1240) a Mabillonio attribuitur (cf. Denis I 1083), in undecim libros dividitur. Secundum prologi verba agit lib. I de deo patre et filio et spiritu sancto, lib. II de homine et anima, lib. III de praelatis, lib. IV de clericis et monachis, lib. V de virtutibus, lib. VI de vitiis, lib. VII—X de quibusdam distinctionibus multum utilibus. Insuper adduntur lib. XI quaedam verba de beatissima virgine dei genitrice. Singulis libris tabula capitum praecedit. Editiones vide apud Fabr.-Mansi III 154. — 3. F. 102^b—103^b et f. 106. *(Additamenta ad flores b. Bernardi.)* Inc.: „De statu et conseruacione ecclesie." Expl.: „Amore suorum." — F. 104 et 105 script. vacant. — 4. F. 107^a—146^a. *R. Incipit tractatus perutilis Magistri dicti Magni Alberti de veris virtutibus in quo homo valde lucide invenire poterit quod scilicet sibi desit et qualis in consciencia sua sit.* Inc.: „Svnt quedam vicia que frequenter speciem virtutum pretendunt." Expl.: „Quia omnes vnite sunt in gracia." Ed. Lugd. 1651, XXI. — 5. F. 146^b—154^b. *(Additamenta ad flores b. Bernardi.)* Inc.: „Cibus anime dei gracia dulcissimus." Expl.: „Nimiam emulacionem." — 6. F. 155^a—166^b. *R. Incipit prohemium de arte moriendi (Dominici Capranicae).* Inc.: „CVm de presentis exilii miseria." Opus expl.: „Ad perhennia gaudia pergat." Tractatus continet 1. laudem mortis et scientiam bene moriendi, 2. tentationes morientium, 3. interrogationes, 4. instructiones cum obsecrationibus, 5. exhortationes, 6. orationes dicendas super agonizantes. Cf. Fr. Falk, Die deutschen Sterbebüchlein, Cöln 1890, 24. — 7. F. 168^b—169^b. *(Exhortationes asceticae de mortis praeparatione.)* Sequitur bonum notabile doctorum in sentenciis. Inc.: „Diceres quomodo debet homo facere diligenciam." Expl.: „Vos autem expelli foras." — 8. F. 169^b. *Sequitur oracio de sancta trinitate.* Inc.: „Benedicat me imperialis maiestas." Expl.: „In exitu anime mee de corpore meo Amen." — 9. F. 169^b. *(Oratio.) Ad Mariam virginem.* Inc.: „O Maria virgo virginum." Expl.: „Et requiem sempiternam Amen." — 10. F. 169^b—172^b. *R. Sequuntur*

suppleciones ad librum octauum florum b. Bernhardi abbatis. Inc.: „Secundum interiorem hominem tria." Expl.: „Non possit." — F. 173 script. vacat. — 11. 174ᵃ—189ᵇ. *(Oratio luculenta praesidentis habita in concilio Basileensi nomine ecclesiae catholicae ad convertendum Bohemos.)* Inc.: „[L]Ocuturus pro publica populi christiani vtilitate." Expl.: „Quia meus populus catholicus in gloria est dei patris Ad quam gloriam .... Amen." Ed. Harduin. Acta concil. VIII 1540 sqq. — F. 190ᵃ—195ᵇ script. vacant. — F. 195ᵇ pennae probationes. — 12. F. 196ᵃ—199ᵃ. *R. Sermo de natiuitate domini.* Inc.: „Verbo caro factum est .... Venerabiles ac egregij viri etc. Cupiens aliquid coram dignis vestris reuerencijs." Expl.: „Quid est hoc quod nascituro domino." Finis deest. — F. 199ᵇ—200ᵃ script. vacant. — 13. F. 200ᵇ—211ᵃ. *(Scotensia.)* 1. F. 200ᵇ. *Epistola Joannis V abbatis Scotensis ad Andream cancellarium Alberti V ducis Austriae data, qua rogat, ut hic iura monasterii contra vexationes nobilium quorundam defendat. Basil. 12. Mai 1433.* — 2. F. 201ᵃ—202ᵇ. *Querela de iniuriis ab Henrico de Pottendorf commissis; petitur simul, ut concilium Basileense constituat commissarium, qui res inquirat et malefactorem puniat.* — 3. F. 202ᵇ—203ᵃ. *Rogatur, ut concilium supplicantibus Joanne abbate et conventu Scot. ab Alberto duce auxilium contra Henricum de Pottendorf petat.* — 4. F. 203ᵃ—203ᵇ. *Litterae concilii Basil. ad Albertum ducem datae, ut iura monasterii Scot. defendat, cum Joannes abbas, quem haec bulla „notabile membrum sancte synodi" adpellat, de vexationibus Henrici de Pottendorf et N. de Liechtenstein conquestus sit. Basil. 8. Mai 1433.* — 5. F. 203ᵇ. *Petit Joannes abbas, ut episcopus Patav. pro se alium abbatem ad concilium mittat, cum propter iniurias Henrici de Pottendorf in monasterio adesse debeat, simulque rogat, ut episcopus pecuniam ad negotia ordinis exsequenda necessariam ipsi comparet, cuius iam habeat penuriam. Basil. 8. Mai 1433.* — 6. F. 204ᵃ. *Epistola magistri Fleckel ad Andream cancellarium Alberti ducis, qua monasterio auxilium petitur, ne abbas, qui sit „in negocio reformacionis perutilis", domum redire debeat. Basil. 12. Mai 1433.* Cf. de epp. 1—6 Hauswirth 32. —

7. F. 204ᵃ—204ᵇ. *Epistola Nicolai praepositi ad s. Dorotheam Viennae et Martini professi conventus cleric. regul. in „Balthausen", qui a conventibus cleric. regul. dioec. Patav. deputati fuerant; Leonardo episcopo Patav. nuntiant se secundum conventionem anno elapso in arce episcopali „Ebersperg" habitam, in qua legati monasteriorum illorum electi essent, certam quidem pecuniae summam et postea additamentum a praeposito Claustroneoburg. accepisse. Ex quo tempore se nihil iam accepisse; quare se rogare, ut episcopus monasteria ad praestationes solvendas admoneat; secus quam primum a concilio sibi esse recedendum. Basil. 12. Jun. 1433.* — 8. F. 204ᵇ—205ᵃ. *Julianus cardinalis abbatibus Blasiensi et Scotensi atque fratri Joanni de Bolonia mandat, ut Sangallum se conferant, ubi dissensiones inter abbatem et conventum exortae sint, inque itinere abbatias Petridomum, Augiam maiorem, Stain visitent. Basil. 28. Mart. 1433.* Cf. Hauswirth 31. — 9. F. 205ᵇ. *Joannes abbas epistolam mittit abbati Weingartensi de Joanne Tod, sacerdote dioec. Constant., cui Eugenius IV parochiam abbati subditam promiserat, quam vero abbas caplano suo contulerat, rogans, ut illi parochiam Hochskirchensem pariter monasterio Weingartensi subditam conferat. Basil. 3. Jun. 1433.* — 10. F. 205ᵇ—206ᵃ. *Julianus cardinalis abbatibus Virczíliacensi et Scotensi mandat, ut in monasterium ad s. Blasium profecti res turbatas componant. Basil. 11. Mai 1433.* — 11. F. 206ᵃ. *Enumerantur taxae a monasteriis s. Benedicti dioec. Patav. pro concilio Basil. solvendae.* Cf. Hauswirth 32. — 12. F. 206ᵇ—207ᵇ. *Epistola Alberti ducis Basileam data „dem Abbt zu den schotten ze wyenn / maister heinrichen von kyczpühel probst dacz sand Andre ze frising / dem probst zw sand dorothee ze wyenn / maister thoman von haselpach / maister hannsen hymml in der heiligen geschrifft / maister mertten von walthausen / vnd maister kolman von Newnburg in geistlichen rechten lerern", qui a concilio petant, ut ipsi contra Bohemos auxilium mitteretur Austriam et Moraviam invasuros. „Geben zw wyenn / an mitichen nach vnser lieber frawen tag Natiuitatis Anno dom. etc. tricesimo tercio."* — 13. F. 207ᵇ. *Frater Christianus, conversus ord. s. Bened.,*

professus domus, quae dicebatur „zw dem alten Huse“ dioec. Patav., subditae abbati monasterii in Schuthera dioec. Argent., in hac domo regulam non accurate observari ideoque salutem animae suae periclitari exponit. Qua de causa ut domum strictioris observantiae ingredi sibi liceat ab abbate suo se petiisse; qua prece recusata adpellat concilium. — 14. F. 208[a]. *Joannes Armbruster, abbas monasterii in Schuthera, narrat se fratri Christiano supra commemorato permisisse, ut per tres annos in alio monasterio commoretur; semel tamen in anno abbati suo se praesentet. Mon. Schuther. 5. Sept. 1433.* — 15. F. 208[b]. *Julianus cardinalis fratri Christiano permittit, ut quodlibet monasterium ord. s. Bened. aut cisterc. reformatum ingrediatur. Basil. 28. Oct. 1433.* — 16. F. 208[b]—209[a]. *Joannes monachus monasterii s. Michaelis Mettensis ob iniurias ab abbate et priore sibi illatas rogat, ut aliud monasterium sibi ingredi liceat. Julianus cardinalis Joanni abbati Scot. mandat, ut monacho illi provideat. 1. Jan. 1434.* Cf. Hauswirth 31. — 17. F. 209[a]—209[b]. *Julianus cardinalis abbati Stainensi mandat, ut abbatem Petridomus, in cuius monasterio abbates s. Blasii et Scot. et prior s. Benigni de Divinione visitatores abusus multos invenerint, qui postea sublati non sint, ad instantem 1. Febr. ad concilium vocet. 8. Jan. 1434.* — 18. F. 209[b]—210[a]. *Diethelmus, abbas Petridomus, Joannem abbatem Scot. rogat, quam primum in abbatiam suam veniat, ut cognoscat, quomodo mandata visitatorum exsecutus sit; nuntiat Joannem Sulczberg, professum suum in rebus reformationis probatissimum, domum revocatum esse, ut res maturetur; Joannes abbas diem adventus indicet. Constant. 1444 die b. Agnetis.* — 19. F. 210[a]. *Diethelmus, abbas Petridomus, Joanni abbati Scot. epistolam mittit scribens se ex responso ad litteras supra allatas dato cognovisse, quam falso accusatus esset, atque rogat, ut quam primum Petridomum veniat. 1434 fer. VI post conversionem s. Pauli.* — 20. F. 210[a]—211[a]. *Joannes abbas abbati Mellic. nuntiat sese res in Petridomo in universum bene compositas repperisse; Diethelmum abbatem cupere, ut ad reformationem quam accuratissime instituendam duo fratres observantiae Mellic. veniant; quapropter abbas Mellic.*

alterum ex conventualibus suis et alterum virum idoneum monasterii Scot. Constantiam mittat. Basil. Febr. 1434. Cf. Hauswirth 31 sq. — F. 211ᵇ script. vacat. — 14. F. 212ᵃ—212ᵇ. *Episcopus Ebracensis ad concilium [Basileense].* Inc.: „Reuerendissimis in christo patribus . . . . litterarum vestrarum quas pridie.“ Expl.: „Et prosperare clemencia creatoris Scriptum londonie XXII die Julij (1432).“ Ad calcem: „Lecta in congregacione generali sacri concilii XII. Sept. Anno vt supra.“ Ed. Mansi, Concil. supplem. IV 323—324. — 15. F. 213ᵃ—225ᵇ. *Sequitur responsio sacri concilii basiliensis super duabus collacionibus ambasiatorum pape videlicet Colocensis et Tarentini Archiep. et primo ad Coloc. et Tarent. eisdem oblata in die septembris Anno domini M° CCCC° XXXII°.* Inc.: „Cogitanti huic sacre generali synodo in spiritu sancto legittime congregate.“ Expl.: „Et in futuro seculo uitam eternam donare dignetur Amen. Acta sunt hec tercia die septembris in generali congregacione sacri concilii Basiliensis Anno domini M° CCCC° 32°. Orate pro nobis dilectissimi patres.“ Ed. Harduin. Acta concil. VIII 1317 sqq. — 16. F. 225ᵇ et 212ᵃ. *Responsio regis Anglie oratoribus domini Eugenij pape quarti datum sub datis II° die Julij.* Inc.: „Beatissime pater . . . . V[estre] s[anctitatis] litterarum serie.“ Expl.: „Et noua opportuit consilia preparari beatitudinem vestram. Scriptum etc. II° die Julij.“ Ed. Mansi, Concil. supplem. V 159—160. — 17. F. 226ᵃ—237ᵇ. *(Continuatur Juliani cardinalis ad Eugenium IV epistola, cuius initium cod. 152[20] continet.)* Inc.: „Ipsi soli eligerent capitaneum.“ Expl.: „Cum consensu eorum qui hic sunt.“ — 18. F. 238ᵃ—247ᵃ. *(Fragmenta orationis Joannis de Ragusio habitae in concilio Basileensi de communione sub utraque specie.)* Inc.: „In nomine . . . . Reuerendissimi Reuerendique patres . . . . Post ualde utilem ac pernecessariam exhortacionem.“ Fragm. primum praebet initium orationis usque ad verba: „Querite faciem eius semper.“ Ed. Harduin. Acta conc. VIII 1655—1662. Fragm. alterum in his tantum consistit: „Hijs itaque humiliter presuppositis venio ad quartum et principale nostri actus presentis intentum videlicet ad responsionem articuli de communione

diuinissime eukaristie sub utraque specie Pro cuius rei execucione | proponitur questio sub tali verborum forma scilicet.“ Ed. l. c. VIII 1663. — F. 247[b] script. vacat.

152. (52. d. 3.)

Chart. s. XV, f. 278, 8°, man. ca. XXV, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. iuridica. Cod. in monasterio Scotensi scriptus esse videtur.

1. F. 1[a]. *(Index contentorum.)* — F. 1[b] et 2 script. vacant. — 2. F. 3[a]—25[b]. *Epistola venerabilis petri abbatis cluniacensis ad sanctum bernhardum super inproperacione rigoris ordinis sui non seruatj.* Inc.: „[Ve]ro meritis venerabili .... Diu est frater karissime ex quo bone conuersacionis.“ Expl.: „Ad invidie rubigiem confirmetur. Sit laus deo Explicit.“ Ed. Bibl. patr. Lugd. 1677, XXII 841—856. Petrus Mauricius Monboiserius cognomine Venerabilis 1122—1156 abbas nonus cluniacensis fuit. Cf. Fabr.-Mansi V 254; Cave II 210 sq. — F. 26 script. vacat. — 3. F. 27[a]—89[b]. *R. Incipit Explanacio constitucionum ordinis predicatorum (auctore Humberto de Romanis.)* Inc.: „EA que sub scripta sunt siue ad declaracionem.“ Expl.: „Quo ad quartum.“ In calce „tabula huius libelli“. Plura quam Quetif-Echard norunt codex continet, qui de fragmento tantum exiguo I 145 referunt. De auctore cf. cod. 68(7). — F. 42[b], 56[b], 57, 84[b], 85, 90[a]—92[a] script. vacant. — 4. F. 92[b]. Inc.: „Saluabitur innocens.“ Expl.: „Ex merito remuneratur. *Hec beatus gregorius in sexto decimo libro moralium super Job.*“ — F. 93 script. vacat. — 5. F. 94[a]—111[b]. *(Tractatus asceticus.)* Inc.: „SAncta trinitas pater filius et spiritus sanctus.“ Expl.: „Per penitenciam efficacissime reformari.“ — 6. F. 112[a]—112[b]. *Instrucciones date | vobis visitatoribus ordinis sancti benedicti quas nos Nicolaus cardinalis legatus propria manu subscripsimus et volumus quod in omni loco visitando legantur et ostendantur.* Inc.: „Volumus ut vos patres visitatores prout nobis datis dexteris promisistis.“ Expl.: „Que in ibi continentur Nicolaus Cardinalis legatus manu propria subscripsi.“ — F. 113—116 script. vacant. — 7. F. 117[a]—123[b]. (Inscriptio indicis:) *Tractatus do-*

mini auditoris (= Joannis de Palomar) de abstinencia a carnibus. Inc.: „Amantissimo patri domino Jo[anni] Abbati monasterii s. Marie ordinis s. benedicti Wienne scotorum vulgariter nuncupati Jo[annes] de palomar .... Cum primum v[estre] p[aternitatis] accepi noticiam.“ Expl.: „Sed eciam cuiuslibet melius sencientis. Deo gracias.“ Joannes de Palomar vel Polemar, archidiaconus Barcinonensis et Eugenii IV capellanus, concilio Basileensi interfuit ab anno 1431. Cf. Fabr.-Mansi IV 120; Hauswirth 32; Kropf 225 sq. — 8. F. 124ᵃ—125ᵃ. *Hostiensis in Summa de sentencia exco[mmunicacionum].* Inc.: „Casus excommunicacionis late sentencie primus cum quis incidit in heresim.“ Expl.: „Gravis.“ Auctor „summae Hostiensis“ est Henricus de Bartholomaeis sive de Segusia cardinalis Ostiensis, † 1271. Cf. Fabr.-Mansi III 225, ubi editiones invenias. — 9. F. 125ᵃ—126ᵃ. *Casus excommunicacionis late Sentencie in libro VI° numerati.* Inc.: „Primus est si aliquis Cardinalibus exeuntibus.“ Expl.: „Allegato in fine.“ — 10. F. 126ᵃ—127ᵃ. *Casus excommunicacionis ipso Jure In Clement. collecti.* Inc.: „Primus est contra violantes sequestrum.“ Expl.: „Sorores tercij ordinis.“ — 11. F. 127ᵇ. *Casus irregularitatis.* Inc.: „Irregularis est quicumque celebrat.“ Expl.: „Est irregularis.“ — 12. F. 128ᵃ—129ᵇ. (Inscriptio indicis:) *Modus citandi et excommunicandi et absoluendi.* Inc.: „Quesivit a me p[aternitas] v[estra] qualiter abbas posset et deberet in monachum suum excommunicacionis ferre sentenciam.“ Expl.: „Et sancte dei ecclesie sacramentis In nomine .... Amen.“ In indice iste tractatus sicuti casus excommunicationis supra nominati Joanni de Polemar attribuuntur. — 13. F. 130ᵃ—138ᵇ. (Inscriptio indicis:) *Tractatus magistri nicolai dinkelspühel de abstinencia a carnibus monachorum ordinis sancti benedicti.* Inc.: „INter tres articulos per aliquos prelatos Reverendo in christo patri ac domino domino leonhardo pataviensi Episcopo oblatos principalis fuit de esu carnium.“ Expl.: „Per apostolicos concessa vt claret ex supradictis.“ Apud Aschbach mentio non fit. — 14. F. 139ᵃ. *Constitucio benedictina (de carnium abstinentia).* Inc.: „Verum quia ad salutis profectum tenditur.“ Expl.: „Ad melius et

plenius exhibendum.“ — 15. F. 139ᵇ—141ᵇ. *De esu carnium (declarationes ad constitutiones nigrorum monachorum).* Inc.: „In prologo constitucionum nigrorum monachorum et Benedicti XII. sic habetur.“ Expl.: „Dispensare quod primum est.“ — 16. F. 141ᵇ—142ᵇ. *De proprietate talem ponit Humpertus (de Romanis) distinccionem super capitulum regule.* Inc.: „Vtrum prelatus potest dispensare cum subdito suo religioso.“ Expl.: „Omnia communia hec ille.“ — 17. F. 142ᵇ—145ᵃ. *Ex quodam tractatu (Casparis de Maiselstein) vtrum persona monastica vir siue mulier possit habere proprietatem rerum temporalium.* Inc.: „Personam aliquam habere proprietatem.“ Expl.: „Fuisse hodie cernimus. Diffinicio domini Casparis Maisselstain super materiam proprietatis monachorum Anno XX.“ Caspar de Maiselstein a. 1400 rector universitatis Viennensis et infra annos 1408—1424 decanus facultatis iuridicae, postea praepositus Sanhippolitensis 1456 obiit. Cf. Aschbach 474 sq. — 18. F. 145ᵃ—146ᵃ. *Tituli capitulorum constitucionum benedicti papae XII secundum ordinem alphabeti* .... De constitutione, quae „Benedictina“ dicebatur, cf. Heimbucher, Die Orden und Kongregationen der kath. Kirche, Paderborn 1896, I 139 sq. — F. 146ᵇ script. vacat. — 19. F. 147ᵃ—152ᵇ. *Sequitur littera domini Juliani cardinalis etc. Ad dominum Eugenium papam 4ᵗᵘᵐ 1432°.* Inc.: „Beatissime pater .... Iam nunc vniuersus cognoscet orbis.“ Expl.: „Requirendo | Basilee die 6. Junij 1432.“ De argumento et editione cf. Denis II 2251 sq. — 20. F. 152ᵇ—153ᵇ. *Sequitur alia littera domini Juliani etc. ut supra Ad Eugenium papam 4ᵗᵘᵐ 1432°.* „Beatissime pater post deuota pedum oscula.“ Expl.: „Secum adesse sed ....“ Continuatio epistolae invenitur in cod. 151 (17). — 21. F. 154ᵃ—162ᵃ. (Inscriptio indicis:) *Sermo (Joannis de Spira?) in visitacione factus.* „Inc.: „[E]Cce nos reliquimus omnia Math. 19. Hec sunt verba apostolice cetus.“ Expl.: „Erit eis cor vnum et anima vna.“ Cf. Kropf 292. — 22. F. 162ᵃ—162ᵇ. *(Initium sermonis alterius in visitatione habiti, qui tamen f. 175ᵃ—180ᵃ totus exhibetur.)* Inc.: „Hora est nos scribit apostolus ad Rom. 2.“ Expl.: „Professi sunt.“ — 23. F. 163ᵃ—163ᵇ.

(Mandatum Leonardi episcopi dioec. Patav. ad Erhardum Althae inferioris, Joannem abbatem Scot., Thomam priorem Lambacensem, Heinricum Feuchter baccalaureum in decretis et rectorem parochialis ecclesiae in „Cisterstorff“, ut monasteria virorum et mulierum ordinis s. Benedicti visitent et in capite et in membris reforment.) Inc.: „Leonardus .... Quamvis iuxta credite nostre.“ Expl.: „Non in merito commendare Datum wyenne sexta die Mensis Junij Anno domini Millesimo Quadringentesimo Trigesimo quinto.“ — 24. F. 164ᵃ—168ᵃ. *Copia Carte (visitationis) monasterii in Seyttensteten.* Inc.: „In nomine domini amen Jesus christus in domo militantis ecclesie.“ Expl.: „Duximus roborare Datum ibidem in Seytansteten vicesima secunda Mensis februarij Anno domini Millesimo Quadringentesimo Decimo nono.“ Visitatores nominantur: Angelus abbas Runensis, Leonardus prior Gemnicensis, Petrus prior et Joannes professus monasterii Mellicensis. — 25. F. 168ᵇ. *(Cartae visitationis monasterii Garstensis fragmentum.)* Inc.: „In nomine domini Amen | Hoc mare magnum et spaciosum.“ Expl.: „Nos igitur fratres ut supra precise.“ — 26. F. 169ᵃ—172ᵇ. *R. Incipit tabula super exposicionem regule beati augustini episcopi quam exposicionem frater humbertus magister ordinis ad vtilitatem et peticionem fratrum ordinis predicatorum compilavit.* Cf. Quetif-Echard I 145. — F. 173—174 script. vacant. — 27. F. 175ᵃ—180ᵃ. *R. Sermo pro uisitacione religiosorum.* Inc.: „Hora est .... Scribit apostolus ad rom. II et allegat beatus pater benedictus in principio regule Quamuis sompnus.“ Expl.: „In certa expectacione future glorie | quam nobis omnibus .... Amen.“ Merita Alberti V ducis de reformatione monasteriorum commemorantur. — F. 180ᵇ script. vacant. — 28. F. 181ᵃ—184ᵃ. *R. Incipit karta Visitacionis (monasterii s. Dorotheae Viennae).* Inc.: „[In] Nomine domini Amen | Nos fratres Nicolaus Et Johannes in Melkch et in Altha inferiori abbates Ordinis sancti benedicti.“ Expl.: „Communire Datum in dicto monasterio sancte dorothe Wine vicesima die mensis aprilis Anno domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo primo.“ — F. 184ᵇ script. vacat. — 29. F. 185ᵃ—192ᵇ. *In nomine .... Incipit modus*

visitandi Monasteria. Inc.: „Primo postquam visitatores ad locum visitandum peruenerint.“ Expl.: „Ad abbatem pertinet et ad Monasterium.“ Alia manus addidit f. 193ª: *Item De prouidencia visitatoris in futuris.* Inc.: „Primo de superflua familia.“ Expl.: „Suspicionis occasio.“ — F. 193ᵇ—194ᵇ script. vacant. — 30. F. 195ª—203ᵇ. (Inscriptio indicis:) *Modus agendorum in visitacione facta inquisicione.* Inc.: „In visitandis Monasteriis.“ Interrogationes, quae fiunt de proprietate, officio divino, silentio, vigiliis, conversis, priore vel decano, cellerario, monialibus, castitate, ieiuniis, oboedientia aliisque rebus f. 199ª expl.: „Sint religiosi.“ F. 199ᵇ—203ᵇ: *(Formulae ulterius in visitatione procedendi v. g. forma renuntiationis perfectionis depositionis abbatis etc.)* Inc.: „Completo examine.“ Expl.: „Ferculorum visitatorum.“ — F. 204 script. vacat. — 31. F. 205ª—213ᵇ. *Epistola Magistri Nicolai vener de casibus excommunicacionum religiosorum.* Inc.: „Venerabili in christo patri . . . . domino sifrido abbati monasterii in elwangen ordinis s. benedicti Augustens. dioc. Sedi apostolice immediate subiecti sacri romani imperij principi religioso humilis frater nicolaus vener professus monasterii in lorch ordinis et dioc. eorumdem officialis augustens . . . . Quoniam ut ait in regula nostra.“ Expl.: „Attribuatur soli deo | Cui sit . . . . Amen.

Hec scripta texuit quidam sorditate grauatus
Qui monachos amat ad hoc caritate vocatus.“

De auctore nil reperiri potuit. — 32. F. 214ª—217ª. *Differencia cuiusdam fratris de specu sancti benedicti de Austria de sancto lamberto.* Inc.: „Desiderasti a me dilectissime in vltima propositi mei manifestacione omnem ordinem euentuum meorum tibi quantocius declarare.“ Expl.: „Non diffidas Scriptum in specu sancti benedicti Anno dom. Millesimo CCCC° die idus Juny amen.“ Epistola haec de commoratione monachi cuiusdam monasterii s. Lamberti in monasterio Sublacensi refert. — 33. F. 217ª—217ᵇ. *(Epistola quaedam, cuius argumentum verba haec continent: „Si aliquis scolarium in vestra schola existeret qui seculo renunciare et deo seruire desideraret qui saltem abilis in cantu . . . . illum nobis dirigere*

possetis.) Inc.: „Salutacione." Expl.: „Omni hora amen." — 34. F. 217^b—218^a. *(Epistola ad medicum quendam, qua consilia ac remedia contra infirmitatem petuntur.)* Inc.: „Promissis omnibus." Expl.: „Suo speciali amico vescere in omnibus." — F. 218^b script. vacat. — 35. F. 219^a—232^b. (Inscriptio indicis:) *Carta quedam missa ad concilium basiliense declarans quod non sit possibile reformare monasteria ad tria substancialia dimissis accidentalibus et modus reformandi.* Inc.: „Reuerendissimi reuerendique patres ac domini prestantissimi dignentur." Expl.: „De vniformitate diuini officij assignatis." — 36. F. 233^a—243^b. (Inscriptio indicis:) *Haynricus de Hassia super pater noster et aue maria.* Epistola ad Echardum episcopum Vormatiensem inc.: „Reuerendo in christo patri ac domino Echardo episcopo Wormaciensi .... Diuina sapiencia rebus omnibus." Expl.: „Vestra dignacio veneranda." R. Incipit prologus in tractatum eximij doctoris Magistri heinrici de hassia super pater noster et Aue maria. Inc.: „Dei filius ihesus christus ymago patris." Opus expl.: „Mortalibus exhibite diuine miseracionis Et sic est finis huius." Editiones vide apud Hain II 1 p. 9 sq. n. 8389—8395. — F. 244—245 script. vacant. — 37. F. 246^a—257^a. *R. Incipit tractatus pervtilis (Dominici Capranicae) de arte moriendi.* Inc.: „Cvm de presentis exilii miseria." Expl.: „In tuo conspectu gaudeat in eternum Qui viuis. (R.) Explicit tractatus de arte moriendi Orate pro scriptore quamquam negligente et scribere nesciente." Cf. cod. 151 (n. 6). — 38. F. 257^b—258^a. Inc.: „Ego frater indignus nomine." Expl.: „In futuro iudicio | Amen. *(R.) Explicit tractatus alius de agone."* — F. 258^b script. vacat. — 39. F. 259^a—265^a. *Proposicio facta per Reuerendissimum in christo dominum Julianum cardinalem apostolice sedis legatum in Concilio Basiliensi ante recessum ab eodem.* Inc.: „Diu ac sepe Reuerendissimi patres et scriptis et verbis Reuerendissimus dominus Cardinalis sancti petri et ego." Expl.: „Michi iubere dignate fuerint. Laus deo." Cf. Denis II 2310. — 40. F. 265^b. *(Decretum concilii Basileensis [sess. VIII], quod unicum debet esse concilium.)* Inc.: „Sicut vnica est ecclesia sancta katholica."

Expl.: „Metropolitane ecclesie fuerint libere disponatur.“ Ed. Harduin. Acta concil. VIII 1142. — 41. F. 266ᵃ—268ᵇ. *(Conclusiones de schismate.)* Inc.: „Quedam per me alias fundamentaliter posita.“ Expl.: „Impediunt intersecant et confundunt.“ — F. 269—270 script. vacant. — 42. F. 271ᵃ—274ᵇ. *(Epistola autographa, sicuti videtur, Joannis de Spira ad Joannem abbatem Scotensem commorantem in concilio Basileensi de reformatione monasteriorum, imprimis de carnium esu.)* Inc.: „Venerabilis in christo pater. Nouiter uenerunt nobis tres littere per vos scripti.“ Expl.: „Non poteram iterum scribere propter alias occupaciones meas | Datum in mellico in crastino beati andree apostoli Anno dom. MCCCCXXXIII frater Johannes vocatus de Spira.“ De Joanne de Spira, professo Mellicensi, cf. Kropf 256 sqq., qui tamen epistolam hanc non novit. — 43. F. 275ᵃ—277ᵃ. (Inscriptio indicis:) *Tabula capitulorum libri apiarii.* De Apiario cf. Cruel 456. — F. 277ᵇ—278ᵇ script. vacant.

153. (52. d. 4.)

Chart. s. XV (ca. 1441), f. 364, 8°, man. X, ligat. antiqua lign. Cod. in monasterio Scotensi scriptus esse videtur.

1. F. 1ᵃ—20ᵇ. *R. Incipit confessionale de 7 peccatis mortalibus (Nicolai de Dünkelspühel).* Inc.: „SEcundum magistrum et doctores in quarto distinccione 16.“ Expl.: „Benefactoribus vivis et defunctis preces fundere neglexerit.“ Ed. Argent. 1516, f. 146ᵃ sqq. — 2. F. 21ᵃ—32ᵇ. *(Liber primus de imitatione Christi.)* R. Cap. primum de imitacione christi et contemptu omnium vanitatum mundi. Inc.: „[Q]vi sequitur me .... Hec sunt verba christi.“ Expl.: „Quod sollicicior esses ad spiritualem profectum. Explicit tractatus de spirituali profectu.“ Ordo capitum: 1, 12—25, 2—6. — 3. F. 32ᵇ—40ᵇ. *R. Incipit tractatus Bonauenture de quinque festiuitatibus domini nostri ihesu christi secundum fuerat puer.* Inc.: „[C]Vm secundum virorum venerabilium quos in ecclesia.“ Expl.: „Beate fruicionis dulcedinem renasci Quam nobis conconcedat .... Amen.“ Ed. Venet. 1756, XIII 1 sqq. —

4. F. 40ᵇ—41ᵃ. *(Registrum capitum tractatuum sequentium.)* — 5. F. 41ᵃ—67ᵃ. *Incipit tractatus de vita contemplativa et activa magistri henrici de bittenueld sacre theologie professoris.* Inc.: „[I]llustrissime ac serenissime in christo | domine domine hedwigi diuini respectus intuitu regine polonie fr. hainricus de bittenwelt ordinis predicatorum sacre theologie professor minimus .... Cum vestre serenitatis diligencia." Expl.: „Et in hoc primus gradus terminatur." — 6. F. 67ᵃ—84ᵇ. *Tractatus secundus (eiusdem) in quo agitur de modo volandi ad patriam et actu scilicet contemplandi.* Inc.: „[R]Estat nunc dicere de actu contemplandi." Expl.: „In secunda secunde de contemplacione." — 7. F. 84ᵇ—92ᵇ. *(Tractatus tertius eiusdem de fructibus contemplationis.)* Inc.: „Restat nunc videre siue dicere." Expl.: „Viuit in me christus qui est in secula seculorum benedictus Amen Finitus Anno 1441." De auctore nihil inveniri potuit. — F. 93—96 script. vacant. — 8. F. 93ᵃ—103ᵃ. *R. Collacio Magistri vrbani (de Mellico?) de natiuitate Marie virginis.* Inc.: „Adest nobis dilectissimi ut inquid (!) beatus augustinus." Expl.: „Creatorem videre ceperit Ad cuius visionem nos ipse perducat .... Amen." — 9. F. 103ᵃ—109ᵇ. *R. Collacio De s. gregorio papa.* Inc.: „In nomine .... Negociamini dum venio .... Beatus gregorius doctor ecclesie iustissimus." Expl.: „Hanc vitam perfruicionem Quod ipse .... Amen." — 10. F. 109ᵇ—116ᵃ. *(Collatio de Maria Magdalena.)* Inc.: „[R]Ogabat ihesum .... Quot omnis terra plena sit." Expl.: „Secundum vero est peccatum ex dictis." — 11. F. 116ᵃ—124ᵇ. *R. Sermo magistri Johannis geüss de sancta maria Magdalena.* Inc.: „[E]Cce mulier .... In quibus verbis s. Lucas ewangelista." Expl.: „Vbi cum ipsa et omnibus sanctis laudare mereamur christum dominum .... Amen." Joh. Geuss vel Gews de Teining, universitatis Viennensis doctor et rector (1427 et 1437), obiit 1440. Cf. Aschbach 452; Denis I 2585. — 12. F. 124ᵇ—129ᵇ. (Titulus in margine infimo legitur:) *In die cene domini sermo magistri Jodoci de helbrunna post mandatum fratrum.* Inc.: „[E]Xemplum enim dedi vobis .... Ewangelium quod iam lectum est scilicet ante diem festum

pasce." Expl.: „Et exemplis sanctissimis perducere et dirigere dignetur magister et dominus noster ihesus christus in secula benedictus Amen." De auctore cf. cod. 20. — 13. F. 129ᵇ—135ᵃ. *R. Alius Sermo M[agistri] Jodoci de helprunna de eodem.* Inc.: „SErmo dominicus qui in parte lectus est." Expl.: „Erigat dominus noster ihesus christus in secula benedictus Amen." — 14. F. 135ᵃ—141ᵇ. (Inscriptio in margine infimo legitur:) *Sermo tercius (de eodem) magistri Jodoci de helbrunna post mandatum fratrum.* Inc.: „Ewangelium quod iam lectum est scilicet ante diem festum pasce." Expl.: „In omni benedictione spirituali in celestibus ad ephes. primo Qui cum patre .... Amen." — 15. F. 141ᵇ—150ᵃ. *(Sermo eiusdem? de eodem.)* Inc.: „[H]Ec locutus sum vobis .... Reuerendi honorandique patres domini ac fratres in christo ihesu diligendi | Salvator noster hodie." Expl.: „Proprio sangwine mercatus est dominus noster .... Amen." — 16. F. 150ᵃ—159ᵃ. *(Sermo eiusdem? de eodem.)* Inc.: „[D]Iscite a me .... Hodie cene dominice festum." Expl.: „Magister omnium virtutum ihesus christus .... Amen." — F. 159ᵇ—168ᵇ script. vacant. — 17. F. 169ᵃ—189ᵇ. *(Sermones quatuor de caritate.)* Primus sermo inc.: „[D]Eus caritas est .... Cum secundum augustinum nichil predicetur dulcius." Sermo ult. expl.: „Percipere mereamur Quod nobis .... Amen." — F. 190—192 script. vacant. — 18. F. 193ᵃ—197ᵃ. *R. Collacio de VII donis spiritus sancti.* Inc.: „In nomine patris .... Et requiescet super eum .... Reuerende pater ac ceteri patres et fratres dilectissimi Quamuis ut ayt bernardus." Expl.: „Pascendo conuiuium parat Ad quod nos .... Amen." — 19. F. 197ᵃ—202ᵇ. *R. Collacio in die s. laurencij.* Inc.: „[L]Aurencius bonum opus operatus est etc. Verba sunt ecclesie." Expl.: „Omnia concorditer faciamus Quod nobis .... Amen." — 20. F. 202ᵇ—209ᵃ. *R. Collacio in die Ascensionis domini* (alia manu:) *Thome de hasel[bach].* Inc.: „[P]Rimum quidem sermonem .... Christus dominus post passionem suam." Expl.: „In faciem eius aspiciunt." — 21. F. 209ᵃ—213ᵇ. *(Sermo de eodem.)* Inc.: „Recumbentibus vndecim discipulis .... Quanta sit presens festiuitas." Expl.: „Ipse

quoque semper sit nobiscum." — 22. F. 213ᵇ—219ᵇ. (Inscriptio in margine infimo legitur:) *Sermo in die penthecostes M[agistri] T[home] de haselpach.* Inc.: „[S]I quis diligit me .... Non solum scripture veteris." Expl.: „Hic per graciam et in futuro per gloriam Quod nobis .... Amen." — 23. F. 219ᵇ —225ᵃ. *(Sermo in dominicam Trinitatis.)* Inc.: „[F]Aciamus hominem .... Licet diuinarum personarum dignitas." Expl.: „Et non videtur Ad quam visionem .... Amen." — 24. F. 225ᵃ —241ᵃ. *(Sermo in diem pentecostes.)* Inc.: „[C]Vm complerentur dies .... In quibus verbis sanctus lucas tangit visibilem missionem." Expl.: „Per infusionem spiritus sancti sunt vnite Ad quam vnionem .... Amen." — 25. F. 241ᵃ—249ᵃ. *(Sermo de eodem.)* Inc.: „In nomine .... Hodierna celestis gracie spiritus grata festiuitas." Expl.: „Per infinita et indefessa atque in mortalia seculorum secula Amen." — 26. F. 249ᵃ —252ᵃ. *(Sermo de eodem.)* Inc.: „[S]piritus domini .... Celeberrimi p[atres] doctores prefulgidi." Expl.: „Si enim ita est ...." Finis deest. — F. 252ᵇ script. vacat. — 27. F. 253ᵃ—259ᵇ. *In nomine .... Incipit modus visitandi monasteria.* Inc.: „Primo postquam visitatores ad locum visitandum peruenerint." Expl.: „Ad Abbatem pertinet et ad monasterium." Cf. cod. 152(29). — F. 260ᵃ script. vacat. — 28. F. 260ᵇ—270ᵃ. *(Modus interrogandi et procedendi in visitandis monasteriis.)* Inc.: „In visitandis monasteriis." Expl.: „Ferculorum visitatorum." Cf. cod. 152(30). — F. 270ᵇ script. vacant. — 29. F. 271ᵃ—272ᵇ. *(Enumerantur casus, in quibus abbas dispensare potest.)* Inc.: „Abbas quovis potest cum monacho multipliciter dispensare." Expl.: „In alio monasterio ordinem recepit." — 30. F. 273ᵃ—295ᵃ. *Jacobi de wela Tractatus de penitencia.* Inc.: „CIrca materiam de penitencia considerandum est quod secundum Magistrum sentenciarum." Expl.: „Et manebit peccator foris cum sua voce conuiua Et sic est finis operis laus deo." De auctore nihil inveniri potuit. — 31. F. 295ᵃ—296ᵇ. *(Speculum confessionis et exhortationes, quae spectant ad poenitentiam.)* Inc.: „Peccata obmissionis sunt hec." Expl.: „Se preparat et disponat." — 32. F. 297ᵃ—308ᵃ. *Incipit prologus (in vitam) beati Judoci*

confessoris. Inc.: „Speciosum virtutis speculum nostris apponit oculis.“ Expl.: „Dilucida patefiat.“ Opus inc.: „Judocum confessorem magnificum brittania genuit.“ Expl.: „Et tandem uitam eternam habeatis per ipsum cui est .... Amen.“ Sequitur enumeratio festivitatum et officium b. Judoci. — F. 308ᵇ script. vacat. — 33. F. 309ᵃ—312ᵃ. *(Orationes ad dominum.)* Inc.: „Adoramus te christe rex glorie.“ Expl.: „Manuum pedum et lateris sangwinem effundentem.“ — 34. F. 314ᵇ—317ᵇ, 312ᵇ—314ᵃ, 318ᵃ—340ᵃ. *(Tractatus theologici de gaudiis sanctorum, de peccatis, de excommunicatione, de dispensatione.)* Inc.: „Quatuor sunt in genere de quibus gaudent et gaudebunt sancti.“ Expl.: „Uota subditorum sic mutare dispensare relaxare.“ — 35. F. 340ᵇ—347ᵃ. *(Joannis Gerson tractatus de praeparatione ad missam et pollutione nocturna fragmentum.)* Inc.: „[D]vbitatum est apud me frequenter et diu.“ Expl.: „Audebimus ostendere Caueamus ne pocius ....“ Deest pars considerationis IX et consideratio X. Ed. Hag. 1728, III 328 sqq. — F. 347ᵇ et 348ᵃ script. vacant. — 36. F. 348ᵇ—350ᵃ. *(Adnotationes de regulae s. Benedicti capp. 21—31.)* Inc.: „Sex sunt in decano requirenda.“ Expl.: „Pregustacione.“ — 37. F. 350ᵇ—352ᵃ. *(Excerptum ex Guilielmo Parisiensi.)* Inc.: „Non est possibile veram esse misericordiam.“ Expl.: „Est misericordia tua.“ — F. 352ᵇ—356ᵃ script. vacant. — 38. F. 356ᵇ. *(Excerptum de ratione humana.)* Inc.: „Nota bonum hominis est.“ Expl.: „Alie virtutes.“ — 39. F. 357ᵃ—364ᵇ. *(Tractatus de regula s. Benedicti.)* Inc.: „Regula sancti benedicti | omni homini proponitur imponitur autem nulli.“ Expl.: „Deinde peccatoribus.“

154. (52. d. 5.)

Membr. s. XIV, f. 172, 8°, man. II, ligat. rec. chart. F. 1ᵃ: oratio germanice scripta. F. 3ᵃ: „Iste liber est monasterij sancti lamperti Loco illius libri reliquit pater noster eis vnam bonam ladulam cum duabus seris tempore visitacionis.“ Adligatum est confessionale Antonii de Butrio ed. 1486 s. l. et typ.

1. F. 1ᵇ—2ᵇ et 171ᵃ—172ᵃ. *(Registrum.)* — 2. F. 3ᵃ—170ᵇ. *(Summa septem donorum spiritus sancti.)* Inc.: „Qvo-

niam multi subtiliter et utiliter elaborauerunt.“ Expl.: „Primo in in munitate.“ Cf. cod. 51 (3).

155. (52. d. 6.)

Chart. ex s. XI vel in. s. XII, f. 103, 4°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 103ᵃ: „Wolff Schonlin“ (prior possessor?), f. 1ᵃ, 23ᵇ, 31ᵇ, 32ᵃ, 40ᵇ, 51ᵇ, 61ᵇ, 63ᵃ, 72ᵃ litterae initiales cum pulchris ornamentis, praeterea multae aliae litterae capitulares.

F. 1ᵃ—103ᵇ. *(Psalterium, cantica, hymnus Ambros., oratio dominica, symbolum Nicaen. et Athanas., litaniae.)* Ps. 25 et psalmi 26 vv. 1—6 desunt.

156. (52. d. 7.)

Membr. s. XIV, f. 358, 4°, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—202ᵇ. *R. Incipiunt sermones de dominicis per circulum anni fratris ch[unradi] de saxonia de ordine fratrum minorum.* In aduentu domini sermo primus. Inc.: „EMitte manum tuam de alto. Ecce karissimi sicut navfragi in medio fluctuum.“ Expl.: „Quando nulli instabilitati subiecta erit. (R.) explicit chunradus.“ Cf. Fabr.-Mansi I 419. — 2. F. 202ᵇ —205ᵃ. *R. Incipit tabula super sermones de tempore.* In fine: „Explicit tabula fratris chunradi de saxonia super sermones de tempore.“ — F. 205ᵇ—206ᵇ script. vacant. — 3. F. 207ᵃ—278ᵇ. *R. Incipit chunradinus de sanctis.* In festo sancti Andree apostoli sermo primus. Inc.: „Extendam palmas meas .... Hoc uerbum Moysi (!) beatus andreas potuit dicere.“ Expl.: „Statim aperte sunt aures eius.“ — 4. F. 278ᵇ —280ᵃ. *R. Incipit tabula super sermones ch[unradi] de sanctis.* — 5. F. 280ᵃ—315ᵃ. *R. Incipit commune sanctorum Chunradini per repetitos sermones sanctorum.* Inc.: „[D]vodecim fratres uno patre .... Duodecim fratres sunt XII apostoli.“ Expl.: „Nobis ergo bene preesse concedat qui cum patre .... Amen.“ Sermonibus exaratis „themata“ in usum praedicatorum adduntur. Sermones de sanctis iam f. 306ᵇ ita desinunt: „Sermonum septimus.“ F. 306ᵇ—315ᵃ sermones hi sequuntur: 1. *Sermones Tres ad religiosos.* Primus inc.:

„Omnia honeste .... Ad hoc karissimi nos deus uocauit.“ Tertius expl.: „Merito ergo hoc patimur.“ 2. *Sermo ad sacerdotes.* Inc.: „Tollat sacerdos .... Archa est ecclesia.“ Expl.: „Domus roboratur.“ 3. *Sermones duo ad prelatos.* Prior inc.: „Qvi maior est .... Saluator noster ihesus.“ Alter expl.: „Nobis ergo bene preesse concedat .... Amen.“ — 6. F. 315ª—355ª. *R. Incipit speculum (Conradi de Saxonia? Bonaventurae?) virginis gloriose Marie.* Inc.: „Qvoniam ut ait Jeronimus nulli dubium est.“ Expl.: „Qui cum patre .... Amen.“ — 7. F. 355ª—356ª. *R. Incipit tabula super speculum virginis gloriose.* De hoc opusculo, quod exstat inter opp. s. Bonaventurae ed. Venet. 1756, XIII 261 sqq., cf. Denis II 430. — 8. F. 356ᵇ—358ᵇ. *R. Incipit tabula super sermones fratris ch[unradi] per totam quadragesimam.* — 9. F. 358ᵇ. *(Oratio.) Bernhardus.* Inc.: „O bone ihesu quam dulcissimus lectus.“ Expl.: „Mortuum suscitare.“ — 10. F. 358ᵇ. *(Versus de casibus reservatis.)* R. De hiis non potest absolvere simplex sacerdos. Inc.: „Deditus usuris faciens incendia testis.“ Expl.: „Raptor presbytero nequit a simplice solui.“ — 11. F. 358ᵇ. *(Versus de die dominica.)* Inc.: „Salue festa dies qui uulnera nostra cohaeres.“ Expl.: „Latro dulce tamen cum christo suscipit Amen.“ Sequitur excerptum brevissimum ex s. Bernardo.

157. (52. d. 8.)

Membr. s. XIV, f. 151, 8°, man. I, ligat. antiqua coriac., ante f. 89 unum excissum, multae initiales, imagines: f. 25ª annuntiatio B. M. V., f. 45ª visitatio Elisabeth, f. 55ª nativitas domini, f. 64ª epiphania domini, f. 68ª praesentatio B. M. V., f. 72ª Joseph et Maria fugitivi, f. 33ª Christus crucifixus, f. 104ª Christus de cruce sublatus. Codex inter pulcherrimos bibliothecae numerandus, picturarum genere et more codd. 139, 140 simillimus.

1. F. 1ª—12ᵇ. (*Calendarium.* Gallice.) — 2. F. 13ª—17ᵇ. *(Quatuor epitomae evangeliorum.)* — 3. F. 18ª—24ᵇ. *R. [Duae] oracio[nes] ad nostram dominam.* Inc.: „OBsecro te domina sancta Maria.“ Expl.: „Cum sanctis et electis suis uitam et gloriam sempiternam Amen.“ — 4. F. 25ª—82ᵇ. *(Officium de b. Maria virgine.)* — 5. F. 83ª—85ᵇ. *(Hymni*

de passione domini ad horas canonicas cum orationibus.) Hymnus ad horam matutinam inc.: „NAtus sapiencia ueritas diuina.“ Expl.: „Sis michi solacium in mortis agone amen.“ — 6. F. 86ᵃ—89ᵃ. *(Hymni de s. spiritu ad horas canonicas cum orationibus.)* Inc.: „Nobis sancti spiritus gracia sit data.“ Expl.: „Et erubescant valde velociter.“ — 7. F. 89ᵃ—103ᵇ. *(Psalmi poenitentiales cum litaniis.)* — 8. F. 104ᵃ—142ᵃ. *(Officium defunctorum.)* — 9. F. 142ᵇ—143ᵇ. *(Orationes de ss. Rocho Sebastiano Antonio.)* — 10. F. 144ᵃ—149ᵃ. *(Orationes ad b. Virginem.* Gallice.*)* Inc.: „DOulce dame de misericorde.“ Expl.: „Pardon et repos. Aue maria.“ — 11. F. 149ᵃ—151ᵇ. *R. Les VII. requestes.* Inc.: „Doulz dieux doulz pere sainte trinite.“ Expl.: „Que vray confes puisse mourir. Pater noster.“

158. (52. d. 10.)

Membr. s. XV (1471), f. 418, 8°, man. II, ligat. antiqua lign. Cod. in monasterio Mellicensi scriptus est.

F. 1ᵃ script. vacat. — F. 1ᵇ—418ᵇ. *(Breviarium Mellicense.)* 1. F. 1ᵇ—3ᵃ. *R. Casus reseruati.* Inc.: „Primum omnes casus papales ad solum papam pertinent.“ R. Casus Episcopales. Inc.: „Peccatum clerici propter quod incurrisset irregularitatem.“ R. Isti sunt Casus ad Papam pertinentes. Inc.: „Primo de eo qui verberat clericum.“ R. Excepciones de eo qui verberat clericum quod non oporteat absolui a papa. Inc.: „Primo de illo in quocumque periculo vicino morti.“ De percussione regularis. Inc.: „Nota quod si excessus.“ — 2. F. 3ᵇ—4ᵃ. *(De significatione horarum canonicarum addita oratione.)* Inc.: „Patris sapiencia veritas diuina.“ Oratio expl.: „Et tremendum iudicium tuum Qui viuis . . . . Amen.“ — F. 4ᵇ script. vacat. — 3. F. 5ᵃ—16ᵃ. *(Lectiones variae:)* De conceptione B. M. V., de s. Mauro, de s. Antonio monacho, de ss. Fabiano et Sebastiano, de s. Gregorio papa, infra octavam s. Benedicti, infra octavam visitationis B. M. V., de s. Leopoldo marchione Austriae. — 4. F. 16ᵃ. *(Versus de initiis temporum anni ex computo ecclesiastico.)* Inc.: „Vult Crux lucie cinerum

carismata die.“ Expl.: „Lampert Gregori nox est adequata diei.“ Ed. Cracov. 1514. — 5. F. 16^a. *(Versus de duratione anni.)* Inc.: „Sex sunt vsque puri | bis sex sunt usque philippi.“ Expl.: „Adde dies octo et sic complebitur annus.“ — 6. F. 16^b. *R. Sequuntur metra cuiusdam monachi ad suum Abbatem antrorsum blandiencia sed retrorsum valde exprobrancia.*

„Laus tua non tua fraus virtus non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.
Stabilis sit tua condicio nec tempore paruo
Viuere te faciat hinc deus omnipotens.“

R. Legendo retrorsum intelliges monachum. — 7. F. 17^a—17^b. *(Suffragia communia, inter quae suffragium de s. Gregorio, patrono ecclesiae b. Mariae virginis ad Scotos.)* — F. 18^a script. vacat. — 8. F. 18^b. *(Versus de b. Maria.)* Inc.: „Sanat . Languentes . Flos . Florum . Filia . Regis.“ Expl.: „Regis . Mater . Confer . Honorem . Nobis . Adesto.“ Sequitur sententia s. Bernardi in sermone super Cantica. — 9. F. 19^a. *R. Tabula signorum lune.* — 10. F. 19^a—25^a. *(Calendarium cum versibus ex computo ecclesiastico.)* — 11. F. 25^b—26^b. *(Tabella festorum mobilium etc. ab anno 1471 usque ad annum 1570.)* — 12. F. 27^a—105^a. *(Psalterium et cantica.)* — 13. F. 105^a—114^b. *(Hymni.)* Hymni de visitatione B. M. V. et de s. Colomanno ed. apud Dreves IV 80 XIII 34. — 14. F. 115^a—120^b. *(Rubricae.)* — 15. F. 120^b—122^b. *(Officium defunctorum.)* — 16. F. 123^a—270^a. *(Proprium de tempore.)* R. Incipit breuiarium secundum consuetudinem Mellicensem Monachorum Ordinis s. Benedicti. In fine: R. Benedictus dominus et gloriosa eius mater virgo Maria Amen Et sic est finis in Mellico 1471 ante occuli. — 17. F. 270^a—270^b. *(Lectiones de ss. Ignatio Damaso Paulino.)* — 18. F. 271^a. *(Absolutiones et benedictiones dicendae ante lectiones.)* — F. 271^b script. vacat. — 19. F. 272^a—367^a. *R. INcipit proprium Sanctorum (a s. Andrea usque ad s. Saturninum.)* — 20. F. 367^b—405^a. *(Commune sanctorum.)* — 21. F. 405^b. *R. Incipit Accessus Altaris sacerdotis.* — 22. F. 405^b—408^a. *R. Modus professionis faciende* (valens pro

monasterio Mellicensi). Formula professionis haec est: „Ego fr. N. de N. . . . . promitto stabilitatem et conuersionem morum ac obedienciam secundum regulam eiusdem sancti benedicti . . . . Ad nomina sanctorum Apostolorum petri et pauli et beati Colomanni martiris . . . . In presencia . . . . N. abbatis huius monasterii Mellicensis . . . . Anno ab incarnacione domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo vicesima prima die Mensis Marcy que fuit dies Sancti Benedicti Abbatis.“ In fine: „Et iste est modus professionis fiende 1471.“ — 23. F. 408ᵃ—408ᵇ. *R. Ordo ad Communicandum Infirmum.* — 24. F. 408ᵇ—409ᵇ. *R. Ordo ad vngendum Infirmum.* — 25. F. 409ᵇ—413ᵃ. *R. Ordo commendacionis Anime.* — 26. F. 413ᵃ—415ᵇ. *(Benedictiones variae:)* In dormitorio, in domo infirmorum, in coquina, in refectorio, benedictio paschalis, volatilium, agni et animalium ceterorum, casei, ovorum, panis, lactis, vini, benedictio generalis, salis et aquae. — 27. F. 415ᵇ—416ᵃ. *(Ritus pedum lavandorum in die coenae domini.)* — 28. F. 416ᵇ—416ᵇ. *R. Sequitur de mandato fratrum in die cene.* — 29. F. 416ᵇ—417ᵃ. *R. Incipit ordo ad benedicendum mensam per totum annum.* — 30. F. 417ᵃ —418ᵃ. *(Benedictiones variae:)* Pro hebdomadario coquinae, pro iter agentibus et redeuntibus, ad lavationem pedum hospitum, in exitu et reditu peregrinorum. — 31. F. 418ᵇ. *(Laudes b. Mariae virginis.)* Inc.: „Natalis est hodie.“ Expl.: „Et acu puncta.“

159. (52. d. 11.)

Membr. s. XV, f. 372, 8°, man. I, ligat. rec. coriac., f. a cap. a: „Trauner cath.“ (prior possess.), f. a cap. b: „Comparavit RR. Perillustrissimus ac Amplissimus D. D. Sigismundus Abbas anno Dom. 1832.“ Litterae initiales rubrae et caeruleae, exceptis f. 6ᵃ, 17ᵃ, 36ᵃ, 52ᵇ, 240ᵃ, 251ᵇ, 296ᵃ, ubi litterae capitulares auro et coloribus obductae sunt. Praeterea litterae initiales in f. 17ᵃ et 240ᵇ imagines Christi et b. Virginis praebent. F. 121ᵇ imago Christi et b. Virginis pulcherrima.

F. 1ᵃ—369ᵃ. *(Orationale Salisburgense.)* 1. F. 1ᵃ—2ᵃ. *R. Inicium Sancti euangely Secundum Johannem.* — F. 2ᵇ —5ᵇ script. vacant. — 2. F. 6ᵃ—11ᵃ. *R. Ex soliloquys S. Augustini.* Inc.: „Svmma maiestas domine sancte pater.“ Expl.:

„Hec contraria conuenire." — 3. F. 11^a—15^b. *R. De miseria et fragilitate hominis.* Inc.: „Miser ego quando poterit." Expl.: „In uoce exultacionis et confessionis." — F. 16 script. vacat. — 4. F. 17^a—35^b. *(Orationes ad Jesum.)* Inc.: „O Amande colende metuende deus." Expl.: „Per suam graciam efficiat Qui cum eis .... Amen." — 5. F. 36^a—74^b. *(Orationes s. Augustini.)* Prima inc.: „O Rex glorie domine virtutum." Ultima expl.: „Cum perditi essemus Qui uiuis." — 6. F. 74^b—79^b. *R. Oracio Sancti Gregory.* Inc.: „Domine deus omnipotens qui es trinus." Expl.: „Meus defensor qui es .... Amen." — 7. F. 79^b—83^a. *R. Oracio Sancti Gregory.* Inc.: „SVccurre michi." Expl.: „Semper et vbique per infinita secula seculorum Amen." — 8. F. 83^a—90^b. *(Variae orationes.)* Inc.: „Deus misericordissime." Expl: „Redemptor meus in secula seculorum Amen." — F. 91—95 script. vacant. — 9. F. 96^a—116^b. *R. Has duas sequentes oraciones beatissimus pater Sanctus Jeronymus compilauit et in agone mortis coram fratribus suis Et coram venerabili sacramento eucaristie eas cum magna deuocione orauit.* Inc.: „PIe ihesu uirtus mea." Expl.: „In longitudinem dierum in seculum seculi Amen." — F. 117^a—121^a script. vacant. — F. 121^b imago Christi et B. M. V. — 10. F. 122^a—127^a. *R. Pulchra oracio beati Anshelmi ....* Inc.: „INuoco te domine." Expl.: „Superlaudabiles in secula seculorum Amen." Ed. inter opp. s. Anselmi ed. Maur. 1675, 245 sqq. Ante f. 124 pars haud exigua desideratur; finis orationis ab editione discedit. — F. 127^b script. vacat. — 11. F. 128^a—138^b. *R. Oraciones Pulchre de passione domini.* Inc.: „ADoramus te christe." Expl.: „Leticia uultus tui per infinita secula seculorum amen." — 12. F. 138^b—145^a. *R. Alia Oracio sancti Bernhardi de passione domini.* Inc.: „Domine ihesu christe filius marie." — Expl.: „Secretorum diuinorum tuorum Qui cum deo .... Amen." — 13. F. 145^b—153^b. *R. Deuotissima[e] Oracio[nes] de passione domini.* Inc.: „ORigo omnium bonorum." Expl.: „Vita et salus mea. Qui viuis .... Amen." — 14. F. 153^b—163^b. *R. Deuotissima oracio beati Bernhardi* (falso!) *ad adorandum ymaginem crucifixi quam ipse sanctus pater Berenhardus composuit quando*

ymago saluatoris solutis brachys de cruce amplexata est eum et ista sequens oracio scilicet Salue mundi salutare dicitur planctus crucifixi. Inc.: „Salue mundi salutare | salue ihesu salue care.“ Expl.: „In cruce salutifera Amen.“ Sequitur oratio: „Respice domine quaesumus super hanc familiam ....“ In ed. Maur. 1719, II 916 sqq. ordo stropharum ab hoc diversus; nonnullae plane desunt. — 15. F. 164ᵃ—170ᵃ. *R. Oracio Sancti Bernhardi de passione domini.* Inc.: „O Dilecte mi domine.“ Expl.: „Atque salientis in uitam eternam Amen.“ — 16. F. 170ᵃ—176ᵃ. *R. Contemplacio et oracio s. Bernhardi de passione domini.* Inc.: „Domine ihesu christe fili dei viui.“ Expl.: „Sed ut tecum possim viuere in eternum.“ — 17. F. 176ᵃ—185ᵇ. *R. Passio domini nostri ihesu christi Secundum Johannem.* — 18. F. 185ᵇ—222ᵇ. *(Orationes de passione domini, orationes infra ante post missam.)* Inc.: „Domine ihesu christe verus deus de deo vero.“ Expl.: „Terminare faciant per dominum nostrum ihesum christum.“ — 19. F. 223ᵇ—233ᵃ. *R. Oracio sancti Ambrosy que est dicenda ante Missam.* Inc.: „SVmme sacerdos.“ Expl.: „Te miserante et donante Qui cum deo .... Amen.“ — 20. F. 233ᵃ—236ᵇ. *(Hymnus de passione.)* Inc.: „CVlter qui circumcidisti | sacrosanctam carnem Christi.“ Expl.: „Nos hic saluet ut futura | perfruamur gloria.“ — 21. F. 236ᵇ—239ᵇ. *(Hymnus de quinque vulneribus.)* Inc.: „AVe nate dei uiui de quo quini fluunt rivi.“ Expl.: „Vt hostis temptacio | falsa comminacio | cesset sine mora. Tuam crucem adoramus ....“ Sequitur oratio. Ed. apud Dreves XV 17. — 22. F. 240ᵃ—268ᵃ. *(Orationes de b. Virgine.)* Inc.: „O Sancta sanctorum et omnium angelorum.“ Expl.: „Nominis filii tui domini nostri ....“ — 23. F. 268ᵃ—271ᵇ. *R. Oracio deuota Sancti Augustini de b. uirgine Maria.* Inc.: „Ad sanctitatis tue pedes.“ Expl.: „Pia virgo Maria Amen.“ — 24. F. 271ᵇ—281ᵇ. *Oraciones tres de compassione (B. M. V.).* Inc.: „Stabat iuxta crucem ihesu.“ Expl.: „O regina sancta Maria.“ — 25. F. 281ᵇ—283ᵃ. *R. Oracio Sancti Augustini de compassione beate virginis Marie.* Inc.: „Memento obsecro.“ Expl.: „Pedibus conclauatis | dominus noster .... Amen.“ — 26. F. 283ᵃ—290ᵃ. *R. Sequuntur*

gaudia | beatissime virginis Marie. Inc.: „Gaude gloriosa dei genitrix.“ Expl.: „Et leuamen.“ — 27. F. 290ᵃ—295ᵇ. *R. Sequuntur nunc pulcherrime antiphone de veneracione gloriosissime virginis Marie genitricis.* Inc.: „Hec est dies.“ Expl.: „Coronari Per eundem ....“ — 28. F. 296ᵃ—342ᵇ. *(Orationes variae:)* Ad proprium angelum, ad omnes angelos, de s. Sebastiano, de s. Christophoro (ed. apud Dreves XV 169), „de sanctis nostris patronis Ruduerto Virgilio et ceteris sanctis patronis“, de s. Wolfgango, de s. Maria Magdalena, de s. Catharina, de s. Barbara, de s. Dorothea (ed. l. c. XV 172), de s. Margaretha, de s. Erntrude (ed. l. c. XV 176). Inc.: „OMnes sancti angeli.“ Expl.: „Uitam ingredi mereamur sempiternam amen.“ — 29. F. 342ᵇ—345ᵃ. *R. Oracio S. Augustini de omnibus Sanctis.* Inc.: „FElices omnes sancti.“ Expl.: „Omnia in omnibus cui honor .... Amen.“ — 30. F. 345ᵃ—349ᵃ. *R. De animabus Oracio beati Augustini.* Inc.: „Deus cui omnia viuunt.“ Expl.: „Gaudia repromissa.“ — 31. F. 349ᵃ—350ᵃ. *R. Alia oracio de animabus.* Inc.: „AVete fideles.“ Expl.: „Per temetipsum Qui cum patre .... Amen.“ — 32. F. 350ᵃ—355ᵃ. *(Orationes variae:)* Pro peccatis, in tribulationibus, de pace, in persecutione adversariorum aut in iudicio inimicorum. Inc.: „Media uita in morte sumus quem querimus adiutorem.“ Expl.: „Veni cum pace amen.“ — 33. F. 355ᵃ—358ᵃ. *R. Oracio de octo uersibus sancti Bernhardi quos reuelauit sibi malignus spiritus.* Inc.: „O Bone ihesu omnipotens splendor eterne lucis.“ Expl.: „Que in te est Qui uiuis .... Amen.“ — F. 358ᵇ—359ᵇ script. vacant. — 34. F. 360ᵃ—364ᵇ. *(Contemplationes de passione domini.)* Inc.: „PRimo contemplare.“ Expl.: „Misericordissime bonitati.“ — 35. F. 364ᵇ—369ᵃ. *R. Sic dicas ad deum in omni re desiderabili.* Inc.: „Domine si tibi placitum fuerit.“ Expl.: „Dormiam et requiescam.“ — F. 369ᵇ—372ᵇ script. vacant.

160. (52. d. 12.)

Membr. s. XIV, f. 210, 8°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ: „Ex libris P. Jo[annis] Walterfinger (abb. monast. Scot. 1629—1641). Hunc librum in sui memoriam dono dedit R. D. P. Joanni Walterfinger ordinis

S. Benedicti Fr. Quirinus alias Joannes Henricus Ainkirn de Bittnbach Conventualis inferioris Altahae."

1. F. 1^b—3^b. *(Enumerantur capita operis sequentis.)* — F. 4 script. vacat. — 2. F. 5^a—210^b. *R. Incipit veritas theologye (= Compendium veritatis theologicae Hugonis Argentinensis).* Inc.: „VEritas theologice sublimitatis cum superni sit splendoris radius." Expl.: „Recipiet sine fine Amen." Opus, quod olim ita in pretio fuit, ut ab aliis Alberto Magno vel Bonaventurae, ab aliis Thomae Dorniberg vel Joanni Rigaldi vel Aegidio de Columna, ab aliis Thomae de Aquino attribueretur, in septem libros dividitur: 1. F. 5^a—30^b. De natura deitatis. 2. F. 30^b—87^b. De rerum creatione. 3. F. 87^b—110^a. De peccati corruptela. 4. F. 110^a—133^a. De incarnatione Christi. 5. F. 133^a—166^b. De gratia spiritus sancti. 6. F. 166^b—193^b. De medicina spirituali. 7. F. 193^b—210^b. De fine mundi. Auctor O. P. versus finem s. XIII floruit. Cf. Quetif-Echard I 470; Fabr.-Mansi III 288; Cruel 455; Denis I 1249 sq., 2691. Opus exstat inter opp. s. Bonaventurae, Venet. 1755, VII 1 sqq. De aliis editionibus cf. Hain I 1 p. 46 sq. n. 432—446 et Panzer X 261.

161. (52. d. 13.)

Membr. s. XIII, f. 350, 4°, man. I, ligat. antiqua lign. restaur., f. 14^a, 64^a, 348^a litterae initiales.

F. 1^a—350^b. *(Breviarium monasticum dioecesis cuiusdam Bohemiae.)* 1. F. 1^a. *(Epitome evangelii de visitatione Mariae.)* — 2. F. 1^b—2^a. *(Additamenta recentioris manus.)* — 3. F. 2^b—3^a. *R. Benediccio Amoris Johannis Ewangeliste.* — 4. F. 3^b. *(Registrum lectionum.)* — 5. F. 4^a—9^b. *(Calendarium.)* — 6. F. 10^a—12^b *(Orationes breviarii.)* — 7. F. 13^a—13^b. *(Exorcismus.)* — 8. F. 14^a—60^b. *(Psalterium.)* — 9. F. 61^a—63^b. *(Officium de dedicatione ecclesiae.)* — 10. F. 64^a—211^a. *(Proprium de tempore.)* — 11. F. 211^a—294^b. *(Proprium sanctorum.)* — 12. F. 294^b—312^a. *(Commune sanctorum.)* — 13. F. 312^a—322^b. *(Hymni.)* — 14. F. 422^b—333^b. *(Lectiones feriales.)* — 15. F. 334^a—347^b. *(Officia varia:)*

De corpore Christi, de vndecim millibus virginum, de uno martyre non confessore, de uno confessore non pontifice, de s. Catharina, de s. Ursula.) — 16. F. 348ᵃ—350ᵇ. *R. Oracio ante Missam dicenda edita a beato Ambrosio Mediolanensi archiepiscopo bona.* Inc.: „SVmme sacerdos et uere pontifex.“ Expl.: „In eternum Amen.“

162. (52. d. 15.)

Membr. s. XV, f. 28, 8°, man. I, sine ligatura, f. 28ᵇ: „Theresia Joseph und Moricz Stein von Nordenstein (priores poss.) 1838 den 29. October.“

F. 1ᵃ—27ᵇ. Inc.: „Egressus est Jesus .... Sicut vos scitis mos est predicatoris.“ Expl.: „Portaverunt eam quasi mortuam in celum. Finis. *Explicit passio domini nostri Jesu christi. Amen.*“ (Manu alia:) „Diess ist das Ende. 1489. d. 3 Januar.“ — F. 28 script. vacat.

163. (52. e. 1.)

Chart. s. XV, f. 337, 2°, man. I (autogr.?), ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—336ᵇ. *(Lectura magistri Joannis Polczmacher in librum V decretalium.)* Inc.: „[Q]vintum librum decretalium quo de criminibus | et ipsorum penis tractatur.“ Expl.: „In celesti patria augeat sancta Trinitas vnus deus in secula benedictus Amen.“ — 2. F. 337ᵃ—337ᵇ. *(Additamentum operis praecedentis.)* — F. 154ᵇ, 175ᵇ—176ᵇ, 268ᵇ script. vacant. De auctore cf. quae dicta sunt ad cod. 1; huius codicis mentionem facit Schulte, Die Rechtshandschr., n. 94.

164. (52. e. 2.)

Chart. s. XV, f. 258, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum.

1. F. 1ᵃ—140ᵃ. (Inscriptio indicis:) *Questiones Tercii libri sentenciarum collecte de diuersis (Nicolai de Dünkelspühel).* Inc.: „VTrum propter humanum genus .... Et arguitur primo quod non dei filius.“ Expl.: „Ex dictis patet solucio obiectorum.“ Cf. cod. 170. — 2. F. 140ᵇ—144ᵇ

(Additiones ad praedictum opus.) — 3. F. 145ª—257ᵇ. Inc.: „VOcauit autem dominus .... Juxta sentenciam Rabbani." Expl.: „Seorsim conscripta requirantur. *(R.) Explicit lectura leuitici M[agistri] Thome de hamelberk textualis.*" De auctore nihil inveniri potuit. — F. 258 script. vacat.

165. (52. e. 3.)

Chart. s. XV, f. 274, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 1ª littera initialis adglutinata.

F. 1ª—274ᵇ. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Prima pars super quarto sentenciarum magistri vrbani.* Inc.: „SAmaritanus enim wulnerato approprians .... His verbis utitur magister tractaturus de sacramentis." Expl.: „Et non aliam." Opusculum Urbano de Mellico adscribendum videtur; qui annis 1427 et 1435 rector fuit universitatis Viennensis, 1436 canonicus ad s. Stephanum obiit. Eundem in libros sententiarum commentarios scripsisse Aschbach 446 refert.

166. (52. e. 4.)

Chart. s. XV, f. 343, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., in fine manc.

F. 1ª—343ᵇ. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Super secunda sentenciarum.* Inc.: „Circa 2ᵘᵐ librum Sentenciarum Et primam eius distinccionem." Expl.: „Talia fuissent ...." Finis deest.

167. (52. e. 5.)

Chart. s. XV (1448), f. 314, 2°, man. IV, ligat. antiqua lign.

ich bruoder fridrich vnd ich brůder hainrich die baid caplän wären zů engeltal.“ Expl.: „Alle tag mer denn ainest.“ In fine: „Gedenckend durch got her hansen bropst von bybrach mit ainem Aue maria schriber diß bůchs.“ — F. 229^{b}—230^{a} script. vacant. — 15. F. 230^{b}—233^{b}. *Ain offenbärung von vnsers heren wunden.* Inc.: „Es bat ain mensch vnsern heren.“ Expl.: „Ain uers an dem Miserere worden.“ — 16. F. 233^{b} —238^{a}. *R. Hie hept sich an von dem strit der krystan mit den türcken.* Inc.: „Brůder Johannes von Capistron ordens der minder brůder.“ Expl.: „Das ist geschehen Im aduent am II. sunnentag Anno LVI.“ — F. 238^{b} script. vacat.

235. (53. f. 1.)

Chart. s. XV (1441), f. 338, 4°, man. IV, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus scholast. s. XIV, f. a cap. et ad calc.: fragm. tractatus grammat., f. a cap. b: index, f. 1^{a}: „Liber Jacobi de wela quem contulit monasterio scothorum wienne.“

1. F. 1^{a}—67^{a}. *Tractatus de penitencia Ni[colai] de dinkl[spühel] doctoris theologie egregij.* Inc.: „ECce nunc tempus acceptabile .... Duo sunt tempora hominis.“ Expl.: „Jus naturale ecclesiasticum et diuinum a quo nos custodiat qui .... Amen.“ Ed. Argent. 1516, f. 68^{a} sqq. — 2. F. 67^{b} —72^{a}. Inc.: „HOdiernum ewangelium quod legitur de sancto Nicolao.“ Expl.: „Ingressum et professionem in ea | Et *sic est finis huius sermonis de votis quem compilavit eximius doctor sacre theologie professor nec non arcium liberalium Magister Nicolaus de Gretcz in honorem b. virginis gloriose.*“ Canonicus ad s. Stephanum ab a. 1436, universitati Viennensi a. 1437 rector praefuit. Obiit 1444. Cf. Aschbach 467 sqq. — 3. F. 72^{a}—72^{b}. *(De oratione.)* Inc.: „Nota quod omnis oracio aut dirigitur ad patrem aut ad filium nulla vero ad spiritum sanctum.“ Expl.: „Communiter seruatur | Hec Magister Caspar (de Maiselstein?) doctor juris quondam ordinarius wiennensis.“ — 4. F. 73^{a}— 166^{a}. Inc.: „[S]Cribit Math. 22° cum quidam legis doctor.“ Expl.: „Digna premio glorie sempiterne | ad quam .... amen. *Et est finis decem preceptorum decalogi Eximii doctoris M[agistri] Nico[lai] de Dinckelspůel. Anno dom. 1441°.*“ Tractatus

de dilectione dei et proximi et tractatus de praeceptis decalogi in unum collecti sunt. Ed. Argent. 1516, f. 1ᵃ—49ᵃ. — 5. F. 166ᵇ—172ᵇ. *Johannis Gerson de temptacionibus diuersis et eorum remedijs.* Inc.: „PRo humiliando nos sub potenti manu dei.“ Expl.: „Cum cordis compunccione | Quam graciam . . . . Amen.“ — 6. F. 173ᵃ—229ᵇ. *Dinchkelspüel super pater noster.* Inc.: „SI quid pecieritis patrem . . . . Crisostomus super illud Math. 7° petite et dabitur vobis.“ Expl.: „Docuit | et orare monuit | qui cum eodem patre . . . . amen.“ Ed. Argent. 1516, f. 49ᵃ sqq. Caput ultimum „de triplice fructu orationis“ in cod. deest. — 7. F. 229ᵇ—231ᵃ. *(Dispositio dominicae orationis et aliae adnotationes.)* — 8. F. 231ᵃ—231ᵇ. *R. Sermo beati Bernhardi.* Inc.: „Qvis vestrum habebit amicum . . . . Quod est quod amicum vnum perhibet.“ Expl.: „In voluntate eius | ad quam nos . . . . Amen. Explicit sermo in diebus Rogacionum de tribus panibus.“ Ed. Maur. 1719, I 916 sqq. — 9. F. 232ᵃ. *(Schema doctrinae de divina essentia.)* — F. 232ᵇ script. vacat. — 10. F. 233ᵃ—274ᵃ. *Tractatus de quinque sensibus M[agistri] T[homae] de Haselbach* (recte?: *Nicolai de Dünkelspühel*). Inc.: „Postquam dei dona taliter qualiter pauca.“ Expl.: „Comparata sunt despiciunt hec ille Et tantum de quinque sensibus magistri thome de haselbach pro quorum sensuum fine deus laudetur in ymnis Amen.“ Ed. inter opp. Nicolai de Dünkelspühel, Argent. 1516, f. 153ᵃ sqq. Etiam in cod. bibl. caes. Vindob. a Denis I 2584 sqq. descripto sermones hi Thomae de Haselbach attribuuntur. Praeterea cf. Denis I 2290. — F. 274ᵇ—278ᵇ script. vacant. — 11. F. 279ᵃ—295ᵇ. *R. Incipit tractatus de reformacione hominis Et primo de imitacione christi et contemptu omnium vanitatum mundi.* Inc.: „Qvi sequitur me . . . . hec sunt verba christi.“ Expl.: „Vim intuleris | tu autem domine miserere nobis | deo gracias | Et sic est finis huius.“ Alia manus addidit: „Explicit tractatus de reformacione hominis | alias admoniciones ad vitam spiritualem valde vtiles.“ Est liber primus de imitatione Christi. — 12. F. 295ᵇ—302ᵇ. Inc.: „Avdite fratres karissimi salutiferam patris nostri doctrinam.“ Expl.: „Qui wult

pacem serui eius Amen | *Explicit liber de vanitate seculi. (R.) Tractatulus de fuga vanitatum seculi.*" — 13. F. 303ᵃ—338ᵃ. *R. Sequentes quinque sermones de corpore christi collegit venerabilis et bonorum memoria dignus Magister Nicolaus de Dinchspuel sacre Theologie professor orate dilectissimi pro eo.* Inc.: „CAro mea vere est cibus .... In textu hoc ewangelium precedente." Expl.: „Vnus deus in secula benedictus Amen." Cf. cod. 39(5). — 14. F. 338ᵃ *(De variis modis interpretandi s. scripturam.)* Inc.: „Quatuor modis sacra scriptura." Expl.: „In Anagogico Augustinus." — 15. F. 338ᵇ. *(De cultu latriae et duliae.)* Inc.: „Notandum quod duplex communiter." Expl.: „Honoris causa est."

236. (53. f. 2.)

Chart. s. XV ex., f. 170, 4°, man. I, ligat. recens, litterae initiales rudi modo exaratae.

F. 1ᵃ—170ᵇ. *(Tractatus logicus cum quaestionibus Thomae Bricot.)* Inc.: „NOtandum quod significacio et supposicio." Expl.: „Capi in arbore." De Thoma Bricot, theologiae professore Parisiensi versus finem s. XV, cf. Jöcher I 1377. — F. 102ᵇ—105ᵇ, 117ᵇ, 118ᵇ, 146ᵇ, 153 et 154 script. vacant.

237. (53. f. 3.)

Membr. et chart. s. XV (1450, 1462), f. 303, man. VI, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—1ᵇ. *Responsio epistolaris domini wolfgangi kerspe(r)k viri religiosi in Jure Canonico Licenciatj ad consultacionem patris Steffani de Spanberg tunc supprioris Sed postea successiue prioris et abbatis monasterij mellicensis.* Inc.: „Venerabilis pater .... Sincere caritatis et fidelis obsequij." Expl.: „Poterit deo dante .... Datum in Monasterio b. Floriani ipso die s. Briccij XLIII. Wolfgangus kerspek ibidem canonicus." Cf. Kropff 249. — 2. F. 1ᵇ. *Responsio facta in Herczoburga die s. Jacobi 1451 ad consultacionem factam eodem die de gotwico.* Inc.: „Ad hoc quod alicui indicatur purgacio." Expl.: „Esse duo vel tres." — 3. F. 1ᵇ. *(Epistola ad Wolf-*

gangum de Kerspek?). Inc.: „Domine w[olfgange] vidi super causam.“ Expl.: „Non est compos. 1461. 23. Januarij.“ — 4. F. 2ᵃ. *R. Tabula questiuncularum in illo libello contentarum.* — 5. F. 2ᵃ—2ᵇ. *R. Memoriales s. benedicti ex secundo dyalogorum beati Gregorij pape (Joannis Schlitpacher).* Inc.: „Vas reparat benedictus | abit latitans tribus annis.“ Expl.: „Vaga sana. (R.) Versibus hijs predictis sancti uitam recolas benedicti.“ Cf. Kropff 429. — 6. F. 2ᵇ—3ᵃ. *R. Memoriale metricum regule s. Benedicti (Joannis Schlitpacher).* Inc.: „Avdi fili patrem | de somno modo surge.“ Expl.: „Patrem representant.“ Cf. Kropff 429. — 7. F. 3ᵃ—140ᵃ. *(Joannis Schlitpacher memoriale viaticum regulae s. Benedicti.)* Inc.: „QVoniam textus regule s. benedicti secundum librorum diuersitatem.“ Expl.: „Vt ait ysidorus | Vnde et hic dicitur | facientibus hec regna patebunt superna | que nobis tribuat christus noster deus Amen | finis feria 2ᵃ post Assumpcionis beate virginis Anno dom. 1450.“ In fine: „Ceperunt geruasius et prothasius almus Hoc manuale super sancti norma Benedicti.“ Cf. Kropff 404 sq. De vita et operibus Joannis Schlitpacher vulgo de Weilhaim, prioris Mellicensis, cf. Kropff 369 sqq. et Keiblinger, Gesch. des Benedictinerstiftes Melk, I 529 sqq., 543 sqq. — 8. F. 140ᵃ. *(Resolutio quaestionis circa excommunicationem a Nicolao V latam in eos, qui expeditioni contra turcos faciendae contradixerint.)* Inc.: „Item in Bulla domini Nicolai pape.“ Expl.: „Consciencie seu confessorem.“ Cf. huius codicis n. 14 et Kropff 397 sq. — 9. F. 140ᵇ—141ᵇ. *Questio (Joannis Schlitpacher) de Jeiunio regulari In Christi nomine Amen . Anno . 62. Vtrum tempore Jeiunij Regularis in aliquibus festiuitatibus liceat aut expediat super eiusdem ieiunio cum monachis sancti benedicti dispensare.* Inc.: „Et arguitur quod sic | quia tunc temporis dominicis diebus.“ Expl.: „Judicio reccius sapientis. Hec suprascripta Questio . . . . transmissa est de Mellico per patrem nonnum Johannem Slipacher patri Seniori Martino abbati huius monasterii Scotorum wienne.“ Autogr. in bibl. Mellic. adservatur. Cf. Kropff 398. — 10. F. 141ᵇ. *(Epistola cum praecedente quaestione ad Martinum abbatem Scotensem [1446—1461?]*

data.) Inc.: „Ad complacendum v[estrae] p[aternitati] mitto hic questiunculam.“ Expl.: „Tene certum et dimitte incertum.“ In fine: „Hec Johannes Slipacher.“ — 11. F. 141ᵇ—143ᵃ. *(Nicolaus cardinalis Martino abbati Scotensi, Laurentio abbati Cellae Mariae, Stephano priori Mellicensi mandat, ut monasteria dioec. Patav. visitent.)* Inc.: „Nicolaus .... Diuina pietate ecclesiam sanctam.“ Expl.: „Reseruamus. Datum Wienne pat. dioc. die Mercurij tercia mensis Marcij Anno a natiuitate domini M° CCCC° LI° nostro sub sigillo | Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri | domini Nicolai diuina prouidencia pape 5ᵗⁱ anno quarto.“ — 12. F. 143ᵃ—144ᵇ. *R. Summa notabilium contentorum in precedentibus paginis.* Inc.: „In littera constitucionis visitatorum dominus legatus.“ Expl.: „Ut hactenus corrigamur et castigemur.“ — 13. F. 145ᵃ—145ᵇ. *(Epistola Joannis Schlitpacher ad Nicolaum de Cusa cardinalem data pro mitiganda bulla visitationis monasteriorum O. S. B. in Salisburgensi dioecesi anno 1451.)* Inc.: „Reuerendissime pater Heret animo meo iam diu quedam scrupulosa dubitacio.“ Expl.: „Cuius seruare moderamina ignorat.“ Cf. Kropff 397. — 14. F. 145ᵇ. *Responsio domini legati manu propria data.* Inc.: „Excommunicacio non est lata.“ Expl.: „Nec est propterea excommunicatus. Hec ille.“ Cf. Kropff 397. De alia responsione vide supra sub n. 8. — 15. F. 146ᵃ—173ᵇ. *R. Incipit prologus in regulam viuendi in monasterys feminarum edita a sancto Jeronimo presbitero* (falso!) *et missa ad Eustochium ceterasque virgines eius.* Inc.: „TEpescens in membris procliuum corpus ad terram.“ Expl.: „Sanctis vestris iuuate oracionibus Amen.“ Ed. Venet. 1771, XI 2, 489 sqq. — 16. F. 174ᵃ. *(Metrum in honorem s. Basilii.)* Inc.: „PAtris Basilij verbo scriptisque probati.“ Expl.: „His sex adtitulat versibus atque probat.“ — 17. F. 174ᵃ—177ᵇ. *Incipiunt capitula in regulam Sancti Basilij episcopi Cesariensis.* — 18. F. 177ᵇ—226ᵇ. *R. Incipit prologus regule Sancti Basilii.* Inc.: „SAtis libenter carissime frater.“ Expl.: „Uel institutis uel obseruacionibus uiuant.“ Prologus hic Ruffini presb. Aquileiensis est. Cf. Denis I 597. Alia praefatio inc.: „HVmanum

genus diligens deus." Interrogatio CCIII expl.: „Sed sufficiencia nostra ex deo est." — 19. F. 227^a—286^b. *Incipit prefacio Sancti bernhardi Abbatis Super psalmum Qui habitat | tempore quadragesimali editus* (!). Inc.: „COnsidero labores uestros fratres | non sine multo miseracionis affectu." Expl.: „Salutare tuum ihesum christum dominum nostrum Qui .... Amen." Ed. Maur. 1719, I 834 sqq. — 20. F. 287^a—290^b. *R. Incipit Regula beati Augustini Episcopi.* Inc.: „HEc igitur sunt que ut obseruetis precipimus." Expl.: „In temptacionem non inducatur | Ipso auxiliante qui viuit .... Amen." Ed. Maur. 1689, I 789 sqq. — 21. F. 291^a—293^a. *R. Incipit Regula beati francisci.* Inc.: „REgula et vita fratrum minorum hec est." Expl.: „Quod firmiter promisimus obseruemus Amen." — 22. F. 293^b—295^a. *R. Incipit Regula Carmelitarum.* Inc.: „Albertus dei gracia .... Multifarie multisque modis sancti patres instituerunt." Expl.: „Est virtutum moderatrix Amen." — 23. F. 295^a—296^a. *R. Speculum monachorum beati Bernhardi* (recte: *Arnulfi monachi de Boeriis*). Inc.: „SI quis emendacioris vite desiderio tactus." Expl.: „Quasi ipse et deus solus sit Amen donet deus ut omnia fiant." Ed. Maur. 1719, II 816 sq. — 24. F. 296^a et 295^b. *(Adnotatio de epistola sequenti.)* Inc.: „Sequitur Epistola missa ad patres et dominos visitatores ordinis s. benedicti salczpurgensis prouincie Anno dom. 1452 ...." — 25. F. 296^b—297^b. *Epistola Magistri Bernhardi de kreyburg (secretarii cancellariae curiae Salisburgensis) ex commissione reuerendissimi patris domini domini Archiepiscopi salczpurgensis (de modo reformandi et dispensandi cum monialibus O. S. B. dioec. Salisburg.).* Inc.: „Reuerendis patribus .... Quantus sum non minor residere cupio." Expl.: „Ad deum mei memoriam faciendo. Ex salczburga 28 mensis Januarij Anno dom. 1452." — 26. F. 297^b—298^a. *Sequitur Breue responsum visitatorum.* Inc.: „Post calamitose presentis vite exilium." Expl.: „Oraciones deuotas communicari In christo valete Datum in monasterio althe inferioris etc. vltima Januarij 1452." Auctor est Joannes Schlitpacher; cf. Kropff 423. — 27. F. 298^a. *(Tres epistolae Nicolai cardinalis ad visitatores Martinum*

abbatem Scotensem et Laurentium abbatem Cellae Mariae.) Prima inc.: „Nicolaus .... Reuerendi in christo patres recepimus receptas litteras vestras." Expl.: „Receperitis patentes. Ex Colonia 28. decembris." Secunda inc.: „Declaramus quod auctoritate commissa." Expl.: „Que petitis placent." Tertia inc.: „Id quod videbitur." Expl.: „Certo tempore." — 28. F. 298ᵇ—301ᵃ. *R. Apologia Magistri Bernhardi de Kreyburg de deo quod petiuit dijs pro se orandum vel supplicandum.* Inc.: „Bernhardus .... Si ad presens dignas tui tituli laudes." Expl.: „Et ut scribis de me confide." In fine: „Originale prefate epistole allatum fuit ad mellicum in festo sancti clementis oblatumque vni fratrum ibidem professo (in margine: i. patrem Johannem Slitpacher) ...." — 29. F. 301ᵇ —303ᵇ. *(Responsio Joannis Schlitpacher ad epistolam praefatam.)* Inc.: „Multe pericie vite emerite viro Magistro Bernhardo .... Virorum clarissime." Expl.: „Calamo exarare In christo valete semper nostro salutarj Scriptum in cenobio mellicensi die saturni 25ᵗᵃ nouembris sub anno dom. 1452 per fratrem Johannem Slitpacher professum ibidem." Cf. Kropff 423. Sequuntur novem versus ad s. Catharinam, qui „fuerunt epistole annexi". Inc.: „Inclita sublimis." Expl.: „Quem retinent capita."

238. (53. f. 4.)

Chart. s. XIV, f. 88, 4°, man. I, ligat. membr., fol. humore laesa.

1. F. 1ᵃ—85ᵃ. *(De sacramentis.)* Codex ab initio legi non potest. Quaestiones de sacramento baptismi inc.: „CIrca sacramentum baptismj. Queritur Et primo plura dubia sunt notanda." Expl.: „Lapidibus et in fine istorum." — F. 85ᵇ. *(Registrum quaestionum.)* — F. 86—88 script. vacant.

239. (53. f. 5.)

Chart. s. XV (1486), f. 216, 4°, man. II (1 Mitterpacher), ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ. *(Benedictiones et collecta.)* — F. 1ᵇ script. vacat. — 2. F. 2ᵃ—191ᵃ. *Incipit prologus in Matutinale beate Marie virginis quod dicitur laus virginum.* Inc.: „Ad

laudem matris virginis eiusque sacratissime prolis | ad satisfaciendum quoque desiderio venerabilis patris domini Meynhardi de noua domo | clerici Tridentini.“ Expl.: „In te domina speraui non confundar in eternum. Expliciunt laudes marie virginis gloriose Anno dom. M° CCCC° 86. Ante festum sancti Georgij martiris etc. per me capellanum mitterpacher lobenstain de cham oriundum.“ Sequitur nota (de qua cf. Denis II 2136): „Anno domini M° CCC° 96 (recte: 1095) vrbanus papa concilium celebrauit in claromonte Aurelianensis dyoc. In quo statuit quod hore beate virginis marie omni die dicerentur et eius officium misse diebus sabbatorum sollenniter celebraretur vt recitat Aurelianensis In libro biblie super Apokalips. visione vltima prope finem qui claruit Anno dom. M° CCC° et amplius.“ Lectiones e diversorum patrum operibus compilatae subiuncta habent 4 diplomata, primum Arnesti archiepiscopi Pragensis (dat. Budwicz 22. Dec. 1356), secundum Gotfridi episcopi Pataviensis (dat. Patav. in octava corporis Christi 1358), tertium Pertholdi archiepiscopi Salisburgensis (dat. Vienn. 13. Dec. 1405), quartum Georgii episcopi Pataviensis dat. Vienn. 7. Dec. 1405), quibus praesules nominati novas has lectiones recitaturis „pro qualibet die XL dies indulgenciarum de iniunctis eis penitencys misericorditer in domino“ concedunt eosque ab officio recitandi antiquas absolvunt. De auctore (Conrado Carthusiensi?) cf. Denis II 2136 sqq. et Grillnberger, Handschr.-Verz. von Wilhering in Xen. Bern. II 2 cod. 7(4). — 3. F. 191^{b}—192^{a}. *R. Sermo beati Augustini episcopi.* Inc.: „O Reclinatorium aureum.“ Expl.: „Christus deus noster. Tu autem domine.“ — 4. F. 192^{a}—193^{a}. *R. Secuntur alie lecciones de b. virgine.* Inc.: „Sanctissima virgo virginum maria.“ Expl.: „Filio tuo sine tempore Amen Tu autem ....“ — F. 193^{b}—194^{b} script. vacant. — 5. F. 195^{a}—204^{b}. *R. Incipit tractatulus de septem horis canonicis per dominum paulum Cholluer collectus.* Inc.: „In nomine .... Ego paulus dictus Cholver Electus Ratisponensis inter omnes decretorum licenciatus minimus.“ Expl.: „In honorem illius qui est benedictus in seculorum secula Amen.“ — 6. F. 205^{a}—206^{b}. *(De vestimentis sacerdotis et caeremoniis missae.)* Inc.: „In nomine ....

INduite vos armatura dei .... Prima vestium sacerdotalium.“ Expl.: „Manifestauit christus discipulis suis.“ — 7. F. 206[b]—215[b]. *In nomine .... Nota circa officium misse.* Inc.: „Quia in officio misse accedit sacerdos.“ Expl.: „Constituendum et sumendum Amen.“ — F. 216 script. vacat.

240. (53. f. 6.)

Chart. s. XV, f. 144, 4°, man. I, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: index contentorum, tegum. ant. b: instrumentum venditionis alicuius (a. 1414).

1. F. 1[a]—63[a]. *R. Incipit prologus in tractatu qui appellatur Speculum monachorum secundum Bernardum venerabilem Cassinensem Abbatem.* Inc.: „PRecordialissimis fratribus Johanni decano Thome uicedecano .... frequenter pulsatus et a multis temporibus.“ Expl.: „Tandem facie ad faciem in eternum amen. Explicit speculum monachorum amen.“ Bernardus Ayglerius natione Gallus ab a. 1256 abbas Cassinensis, obiit 1282. Cf. Oudin. III 474 sq. et Fabr.-Mansi I 217 sq., ubi etiam editiones invenias. — F. 63[b] script. vacat. — 2. F. 64[a]—86[b]. *R. Incipit Epistola libri de precepto et dispensacione editi per beatum Bernhardum super Regula almifici benedicti abbatis.* Inc.: „Domino abbati columbensi .... Rescriptum meum ad epistolas.“ Expl.: „Et studui satisfacere uoluntati.“ Ed. Maur. 1719, I 505 sqq. — 3. F. 87[a]—91[b]. Inc.: „[A]duentus domini celebratur ubicumque.“ Expl.: „Placeat tibi sancta trinitas etc. submissa voce. *Explicit ordo misse.*“ — F. 92—96 script. vacant. — 4. F. 97[a]—132[b]. *R. Incipiunt ceremonie regulares obseruancie ordinis sanctissimi patris nostri Benedicti ex ipsius regula sumpte secundum quod hodie in sacro monasterio suo Sublacensi et Specu practicantur. In n. p. et f. et sp. s.* Inc.: „Qvamuis beatissimi patris nostri Benedicti regula sufficientissime.“ Expl.: „Nil aliud querere quam deum quod nobis concedat .... Amen. (R.) Explicit breuiarium ceremoniarum vite regularis secundum regulam Sancti Benedicti quemadmodum practicatur in sacro Specu collectum Amen.“ F. 124[a]—127[b] exhibetur „Ordo et processus misse secundum Romanam Rubricam.“ Manus recen-

tior addidit: „In conuentu non legitur.“ — F. 133ᵃ—144ᵃ script. vacant. — 5. F. 144ᵇ. *(Aenigmata.)*

„Caput verte bolis tres primas subtrahe poli
Principium lie capiti coniunge golie
Et finem verte quid sit videbis aperte.“

Deinde: „Ter tria sunt septem semptem sex sex quoque tres sunt
Et bene si numeres tria milia sunt nisi nouem.“

Sequitur adnotatio brevissima de aetatibus mundi.

241. (53. f. 7.)

Chart. s. XV (1426), f. 227, 4°, man. III (I Henrici Reiter de Rurenburga II Martini de Ochsenfurt), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: „Stoczinger est liber ille.“

1. F. 1ᵃ—1ᵇ. *(Registrum operis sequentis.)* — 2. F. 2ᵃ—41ᵇ. *(Commentarius in primam partem speculi logicalis.)* Textus inc.: „Cvm vnumquodquod scire arbitramur.“ Expl.: „Dicenda.“ Commentarius inc.: „Et quia presentis libri consideracio est.“ Expl.: „In littera Et hec sufficiat Et sic est finis tractatus communis signorum scripti per me hainricum Reiter de Rurenburga pro tunc studens (!) wienne proximo die post festum sancti laurencii martiris sub anno dom. 1426.“ In fine: „Explicit explente diuina loyca prima superficies speculi loycalis in qua clare relucent nominande facies 50 . . . .“ — 2. F. 42ᵃ—44ᵃ. *(Fragmentum tractatus de qualitatibus.)* Inc.: „. . . . ampliatiuis tunc.“ Expl.: „Uel flere.“ — 3. F. 44ᵃ—45ᵃ. *(Tractatulus logicus.)* Inc.: „Queritur quid sit subiectum.“ Expl.: „Homo non est.“ — 4. F. 45ᵇ. *Tytuli questionum libri de anima primi.* — 5. F. 46ᵃ—114ᵇ. Inc.: „CIrca inicium libri de anima Pro introduccione libri de anima dicit commentator.“ Expl.: „Filius marie virginis qui viuit et regnat in secula seculorum Amen. *Expliciunt disputata tocius libri de anima disputata per Magistrum Paulum de Worczin* in studio cracoviensi finita anno dom. 1417 17 kal. oct. in crastino exaltacionis sancte crucis.“ — 6. F. 115ᵃ—115ᵇ. *Vtrum vniversale Reale in essendo sit ponendum.* Inc.: „De prima questione.“ Expl.: „Negetur quia . . . .“ F. 127ᵇ

adnotatio continuari videtur. — 7. F. 116ª—195ᵇ. Inc.: „Queritur utrum de anima sit sciencia.“ Expl.: „Velit et nolit idem. Et est finis 3ʲʲ de anima. *Expliciunt disputata de anima reuerendi magistri Johannis wartheberg* .... collecta per me martinum de ochsenfurt.“ — 8. F. 196ª—196ᵇ. *(Registrum quaestionum operis praecedentis.)* — F. 197ª script. vacat. — 9. F. 197ᵇ—223ª et 227ᵇ. *(Variae quaestiones et dubitationes de anima.)* — F. 224ª—227ª script. vacant.

242. (53. f. 8.)

Chart. s. XV, f. 47, 4°, man. I, ligat. recens.

1. F. 1ª—46ª. *Dialogus contemplatiuus Inter magistrum et animam deuotam per quadragesimam Incipit.* Inc.: „Anima fidelis in altitudine contemplacionis sui creatoris.“ Expl.: „Que fuerunt verba in principio | Et sic est finis.“ — 2. F. 46ᵇ—47ª. *(Index quaestionum.)* — F. 47ᵇ pennae probationes.

243. (53. f. 9.)

Chart. s. XV, f. 341, 4°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. legendae aureae Jacobi de Voragine s. XIV.

1. F. 1ª—336ᵇ. *(Sermones varii de tempore et de sanctis.)* Inc.: „Ecce rex tuus .... hodie sancta mater ecclesia | volens esse grata.“ Expl.: „Acquisicione | auri | et argenti.“ — 2. F. 337ª—338ᵇ. *(Adnotationes de s. trinitate et de aliis materiis.)* Inc.: „Confitemur deum patrem.“ Expl.: „Corporis.“ — F. 339—341 script. vacant.

244. (53. f. 10.)

Chart. s. XV (1467), f. 381, 4°, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: adnotationes de ebrietate mollitie ieiunio, tegum. post. a: fragm. ascet. s. XIV, f. a cap.: fragm. tractatus philosoph. s. XIV, f. ad calc.: versus de re grammatica cum glossa interlineari et marginali s. XIII. Cf. Huemer, Wiener Studien IX (1887) 90.

F. 1 et 2 script. vacant. — 1. F. 3ª—10ᵇ. *R. Psalterium de passione domini alias Aureum deuocionis granum in memoriam passionis christi.* Inc.: „Ve ut in memoriam

reuocem saluator michi benignissimus assit consolator.“ Expl.: „Requiro pro munere retribucionis Amen.“ — 2. F. 10ᵇ—12ᵃ. *R. Incipit jubilus deuotissimus beati Bernhardi abbatis clareuallensis* (falso!) *in nomine domini nostri ihesu christi.* Inc.: „JHesu dulcis memoria dans vera cordi gaudia.“ Expl.: „Vt nos donet celestibus frui cum celi ciuibus Amen.“ Ed. Maur. 1719, II 914 sqq. — 3. F. 12ᵃ—14ᵃ. *R. Sequuntur oraciones iaculate in conuersacionem et passionem ihesu christi.* Inc.: „[D]omine ihesu christe qui homo natus.“ Expl.: „Expoliari et nudari voluisti.“ — F. 14ᵇ script. vacat. — 4. F. 15ᵃ —22ᵇ. *Excerpta de erroribus Judeorum in Talmut quos transtulit frater Theobaldus supprior ordinis predicatorum ville parisiensis in verba subscripta.* Inc.: „Thalmut i. doctrina iudeorum diuiditur in quatuor libros.“ Expl.: „Submersit XII exploratores.“ Est particula primae partis operis sequentis. — 5. F. 23ᵃ—32ᵃ. *Incipit prologus in pharetram fidei (auctore Theobaldo).* Inc.: „[I]N disputacione contra iudeos notate triplicem cautelam .... [T]olle arma tua pharetram et arcum ad venandas.“ Expl.: „Sacrificiorum iudeorum | et commendacio gencium. Explicit pharetra fidei secundum allegaciones ex veteri testamento.“ Cf. Denis 1401 sqq. Capita enumerant Quetif-Echard I 738. — 6. F. 32ᵇ—33ᵃ. *(Schema doctrinae de essentia dei.)* — 7. F. 33ᵇ—34ᵃ. *Contra grecos.* Inc.: „Quia spiritus sanctus non solum procedit a patre.“ Expl.: „Medium ordinis.“ — 8. F. 34ᵃ. *Contra errores wicleuistarum.* Inc.: „Quia nullus sacerdos habeat.“ Expl.: „Qualitatiue et formaliter.“ — F. 34ᵇ—38ᵇ script. vacant. — 9. F. 39ᵃ. *(De armis pugnae spiritualis.)* Inc.: „QVoniam teste Job 7. Militia est vita hominis.“ Expl.: „Sine dubio oportebit.“ Cf. huius cod. n. 25. Sequuntur versus:

„Den hat sein maister wol gelert
Der alle ding zum pesten kert
Den hat sein mayster wol vnterbeist
Der das gutt lobt vnd preist.“ —

F. 39ᵇ script. vacat. — 10. F. 40ᵃ—40ᵇ. *(Exposicio orationis dominicae.)* Inc.: „Hic septem peticiones ponuntur.“ Expl.: „Et luxuria euitatur.“ — 11. F. 40ᵇ—41ᵃ. *Hic duodecim*

prophete de diuinis christi accionibus predicant et e contra 12 apostoli simbolum christiane fidei secundum ordinem recitant et confirmant. Inc.: „Jeremie. Patrem inuocabitis .... Deus pater omnipotens .... Petrus. Credo in vnum deum." Expl.: „Daniel. Peruigilabunt omnes alij ad vitam alij in obprobrium sempiternum Amen .... Vita eterna in celis Amen .... Mathias. Et vitam eternam Amen." — 12. F. 41ᵃ—44ᵃ. *(Septem peccata capitalia cum suis filiabus et virtutes eisdem oppositae.)* Inc.: „Vnkeusch spricht. Ich vnchewsch mache gar zu affen Pay dew layen vnd dij phaffen. Chewschait anttwurt: Wer hie tret ain chäuschės leben Dem wil got sich dort selber geben." Expl.: „Und hinder yeglicher stet ir nam geschriben." Simili modo variae res f. 44ᵃ—44ᵇ sibi opponuntur. — 13. F. 44ᵇ—47ᵃ. *Sequitur turris eburnea.* Inc.: „[H]vius picture materia que turris virtutum dicitur." Expl.: „Rainig dein gewissen." — 14. F. 46ᵇ et 47ᵃ. *(Versus de diversis aetatis gradibus.)* Inc.: „Nascens. Nudus vt est moris terram flens intro laboris." Expl.: „Nulli modo gratus." — 15. F. 46ᵇ—48ᵇ. *(Consilia bona et mala, quae sub nominibus avium sibi opponuntur.)* Inc.: „Stoker. Her nym friz allain dein speyse .... Adlar. Her du scholt in milte geben." Expl.: „Stet seyt vol vnd vnweschaiden." — 16. F. 48ᵇ—49ᵇ. *(Symbola vitiorum capitalium.)* Inc.: „[V]t hanc picturam sequentem intelligas." Expl.: „Den mag vnchewsch von got wol schaiden." — 17. F. 49ᵇ—50ᵃ. *(Currus pharaonis.)* Inc.: „[E]xodi XV. Currus pharaonis .... Currus i. pompam pharaonis." Expl.: „Cum dyabolo detraheris." Cf. huius cod. n. 21. — 18. F. 50ᵃ—50ᵇ. *(Currus Israel.)* Inc.: „Quarti Regum 2° legitur quod heliseus propheta." Expl.: „Perpetuas laudes fundas Amen." Cf. huius cod. n. 20. — 19. F. 50ᵇ—52ᵇ. *(Symbola septem vitiorum capitalium et virtutum eisdem oppositarum.)* R. Accidia. Inc.: „Svper asinum subneruatum i. spetich venit accidia." Expl.: „Erigit ad supernam gloriam Amen Deo gracias." Cf. huius cod. n. 24. — 20. F. 53ᵃ. *R. Currus mysticus Concordancie caritatis aliarumque virtutum celestium (= currus Israel).* Cf. supra n. 18. — 21. F. 53ᵇ. *R. Currus misticus infernalis*

cum suo auriga ceterorumque viciorum attinencijs (= currus pharaonis). Cf. supra n. 17. — 22. F. 54^a. *Hic XII prophete de diuinis christi accionibus predicant et econtra XII apostoli symbolum christiane fidei secundum ordinem recitant et confirmant.* Cf. supra n. 11. — F. 54^b script. vacat. — 23. F. 55^a—303^b. *Incipit prohemium domini vdalrici abbatis olim in Campoliliorum in Concordancias caritatis.* Inc.: „NOticia huius libri | qui concordancie caritatis appellatur | talis est." Concordantiae expl.: „Et satisfaccionis promissio non processerit prius | Explicit de decem praeceptis anno dom. 1467° Sabbato ante letare In die sanctorum martirum perpetue et felicitatis." Sunt sermones de tempore, de sanctis, de decem praeceptis. De Udalrico, ab a. 1345 abbate Campoliliensi, cf. Hanthaler, Fasti Campolil. Lincii 1754, II 1, 379 et 429 sq. — 24. F. 304^a—307^a. *(Symbola septem vitiorum capitalium et virtutum eisdem oppositarum.)* Cf. supra n. 19. — 25. F. 307^b. *(De armis pugnae spiritualis.)* Cf. supra n. 9. — F. 308^a script. vacat. — 26. F. 308^b—309^b. *(Symbola vitiorum capitalium.)* Cf. supra n. 16. — F. 310 script. vacat. — 27. F. 311^a—367^a et 368^a—368^b. *(Praefatio in Udalrici concordantias charitatis et versus in eis contenti.)* Ad calcem f. 311^a legitur: „Ex hoc ipso exemplari descripsi ego Johannes Rassius A° 1593 Versus istos, dispositos ad formam picturae, quodlibet Evangelium in suam singularem paginam. Sed deficiunt multa in hoc libro." Cf. cod. 561. — 28. F. 367^b. *(Versus de decem praeceptis.)* Inc.: „[E]in yeder mensch der zu vernunfft kůmen ist." Expl.: „Der mag nimer kůmen in dij ebigen freud." — 29. F. 369^a—377^a. *Phrases . Elegancia . Synonyma.* (Latine-germanice.) Inc.: „De ceteris rebus affirmare possumus." Expl.: „Illud omnibus planum." — 30. F. 377^b. *Epistola studiosi cuiusdam ad fautorem suum.* Inc.: „Honorabili atque multum facundo viro C . . . . Amorose caritatis." Expl.: „In vestram dignam personam Stabiliri." — 31. F. 378^a—379^b. *Nota diuersa exordia secundum diuersos auctores atque inquisitores veritatis.* Inc.: „Aristoteles in libro de celo et mundo." Expl.: „Bona sua perdunt et corpora." — F. 380—381 script. vacant.

245. (53. f. 11.)

Chart. s. XV (1447, 1449), f. 368, 2°, man. XII, ligat. antiqua lign., in interior. tegum. partibus fragm. antiphon.

1. F. 1ᵃ—102ᵇ. *(Sermones de sanctis.)* R. Sermo de sancta Barbara.. Inc.: „ORtus conclusus Soror mea .... legitur quod beata barbara erat conclusa." Sermo de virginibus expl.: „De XI milibus virginum Amen." — 2. F. 103ᵃ—140ᵃ. *R. Hec Bona Ventura. Incipit liber Intitulatus Stimulus amoris Jhesu Cristi.* Inc.: „Transfige dulcissime domine ihesu medullas anime mee." Expl.: „Et mecum laudet omnis creatura dominum. Sic ergo finitur noster tractatus ut laudet deum omnis spiritus Deo gracias." Ed. Venet. 1756, XII 1 sqq. — 3. F. 140ᵇ—143ᵃ. *R. Contemplacio sancti bernhardi (?) de passione domini.* Inc.: „SEpcies in die .... Rogasti me." Expl.: „Ad monumentum ihesu qui viuit. Et sic est [finis] huius tractatus anno dom. 1447 sabbato ante natiuitatem domini." — 5. F. 143ᵇ—146ᵇ. (Alia manu:) *Anshelmus. (Meditatio de morte Christi.)* Inc.: „Qvis dabit capiti meo aquam." Expl.: „In eternum et ultra cum ihesu filio tuo | qui .... Amen." Inter s. Anselmi meditationes et orationes non inveniebatur. — F. 147ᵃ script. vacat. — 6. F. 147ᵇ. *R. Viginti fructus Sacrosancte Eukaristie Enumerantur Hys Versibus.* Inc.: „Sanat. Absoluit. Premunit. Viuificatque." Expl.: „Atque decorat." Sequuntur excerpta ex Augustino et Gregorio. — 7. F. 148ᵃ—155ᵇ. *R. Incipit tractatulus de moribus diuinis.* Inc.: „PErfecti estote .... In sacra scriptura." Expl.: „Sine fine permanet in secula seculorum Amen. Etcet. Et sic est finis huius operis. Explicit liber vite eterne." — 8. F. 156ᵃ—175ᵇ. *Incipit epistola magistri humberti ad omnes religiosos.* Inc.: „FIlijs gracie et coheredibus glorie fratribus carissimis religiosis." Expl.: „Qui est principium et finis omnium sine fine Amen." Cf. cod. 68(7). — 9. F. 176ᵃ—209ᵇ. *Epistola magistri Henrici de Hassia de consilio pacis.* Inc.: „Vniuersis nauicule petri gubernacula inter vndosi maris procellas." Expl.: „Et gloria suscipiat sempiterna amen." In calce versus, qui inc.: „Clemens vrbano litem quia nouerat

ergo.“ Expl.: „Assem vix valet esse tum quid si lacereris.“ Cf. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen, Berlin 1887, II 363 sq. Ed. Hardt, Concil. oecum. Constant. II 3—60. Capitum 1 et 2 particulam edidit Denis I 220 sqq. — F. 210 script. vacat. — 10. F. 211ᵃ—248ᵃ. (Recentiore manu:) *Tractatus factus Anno dom. 1450 tempore iubilei patet ex hoc quia allegat concilium basiliense et Nicolaum V papam.* R. Jubileus. Inc.: „Qui venturus est veniet et non tardabit.“ Expl.: „Imperat et regnat gloriosus per secula Amen.“ Est dialogus „Jubilei“ et Felicis cantoris Thuricensis decretorum doctoris. — F. 248ᵇ—259ᵇ script. vacant. — 11. F. 259ᵃ—281ᵇ. *R. Incipit Tractatus beati Bernhardi de XII gradibus humilitatis.* Inc.: „ROgasti me frater Godifride quatenus ea.“ Expl.: „Quam in nostro codice leges. Explicit tractatus beati Bernhardi de XII gradibus humilitatis Anno dom. M° CCCC XLIX tercia feria post festum sancti placidi et sociorum eius.“ Ed. Maur. 1719, I 565 sqq. — 12. F. 282ᵃ—282ᵇ. *(Excerpta ex Nicolai de Lyra expositione Neemiae et Job.)* Inc.: „Nicolaus de lyra super Neemiam in postilla Mistice autem exponendo portas ierusalem.“ Expl.: „Ut ex predictis patet.“ — 13. F. 283ᵃ—292ᵃ. *Questio fratris Johannis de campidona (de confessione).* Inc.: „Vtrum confiteri generaliter per vitam totam laico fideli suo pastori sit necessarium atque laudabile.“ Expl.: „Et tantum de illa questione.“ — 14. F. 292ᵃ—292ᵇ. *De pastoribus et rectoribus animarum.* Inc.: „Hec obicientur pastoribus in die iudicij.“ Expl.: „Reddere compellamur.“ — 15. F. 292ᵇ—295ᵃ. *Secuntur modi de vacantibus beneficijs.* Inc.: „Primus modus est ille si quis possidet beneficium.“ Expl.: „Poterit de nouo impetrari.“ — F. 295ᵇ—296ᵇ script. vacant. — 16. F. 297ᵃ—304ᵃ. *Incipit Secretum sacerdotum.* Inc.: „SAcerdotes plures circa officium misse.“ Expl.: „Ut sermones tuos attendamus amen.“ — 17. F. 304ᵃ—305ᵇ. *Sequitur Qualiter confessor se habeat audiendo confessionem.* Inc.: „[N]Unc communiter sunt duo pertractanda.“ Expl.: „Penitencias ex arbitrio Et hic est finis presentis tractatuli.“ — 18. F. 306ᵃ—313ᵇ. *Sermo Magistri Vlrici de Nürting de Natiuitate marie virginis In nomine ....* Inc.: „Celesti super-

norum ciuium domino." Expl.: „Qui est super omnia benedictus in secula amen." — F. 313ᵇ—318ᵇ script. vacant. — 19. F. 319ᵃ—322ᵇ et 328ᵃ. *(Sermo) in die Palmarum.* Inc.: „Cvm appropinquaret ihesus .... karissimi saluator qui venit in hunc mundum." Expl.: „Hodie honorare studeamus quod ipse .... Amen." — 20. F. 323ᵃ—327ᵇ. *Prohibiciones.* Inc.: „SAcrosancta romana ecclesia que omnium aliorum." Expl.: „Igitur sunt prohibendi." — 21. F. 328ᵃ—331ᵇ. *(Sermo de) feria 2ᵃ post pascha.* Inc.: „Dvo ex discipulis .... Pro introduccione sanctissimus deus." Expl.: „Esset ymo laturus." — F. 332 script. vacat. — 22. F. 333ᵃ—343ᵃ. *Sermo M[agistri] [Thomae de] haselpach (de passione Christi).* Inc.: „Licet quilibet homo innumera recepit." Expl.: „Nec contineas in ira misericordias tuas." — F. 343ᵇ—344ᵇ script. vacant. — 23. F. 345ᵃ—356ᵇ. *Sermo de sancto Augustino doctore egregio.* Inc.: „BEne omnia fecit ita scribitur Marci VI°." Expl.: „Mereamur feliciter peruenire quod nobis .... Amen." — 24. F. 357ᵃ—361ᵇ. *Per fratrem Johannem de lewcza (sermo) In festo angelorum. Scriptum Basilee tempore concilij anno 1435°.* Inc.: „Angelis suis deus .... pro introitu sermonis et declaracione thematis." Expl.: „Istam auertet pestem." — 25. F. 361ᵇ. *De festo pasce breuis questio.* Inc.: „Quia dies pasce." Expl.: „Christi corpore compleantur. Hec Augustinus." — 26. F. 362ᵃ—368ᵇ. *R. Incipit tractatulus de quinque floribus mundi contemnendis.* Inc.: „QVicumque voluerit esse amicus .... Tot sunt negocia huius mundi." Expl.: „Faciat ihesus dei filius Qui viuit .... amen."

246. (53. f. 12.)

Chart. s. XV, f. 190, 4°, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—12ᵇ. *R. De passione domini.* Inc.: „O vos omnes .... Considerando passionem domini nostri." Expl.: „Opera spiritus sancti etc. deo gracias." — 2. F. 13ᵃ—84ᵇ. *(Sermones de tempore, de sanctis, de confessione, de decem praeceptis, de decimis ad rusticos solvendis etc.)* R. Dominica in Octaua pasce. Inc.: „INfer digitum tuum .... Sciendum

quod beatus Thomas.“ Expl.: „Ad locum tormentorum Quod ipse pie dignetur Qui viuit ....“ — 3. F. 85ᵃ—189ᵇ. (Titulus in tegum. post. a legitur:) *Sequitur discipulus de sanctis.* Inc.: „LAudate dominum .... Rogatus ut post collecturam sermonum discipuli de tempore aliquam collecturam facerem de sanctis.“ Expl.: „Quibus obligamur subuenire hodie.“ Cf. cod. 49. — F. 190 script. vacat.

247. (53. f. 13.)

Chart. s. XV (1436), f. 312, 4°, man. I, ligat. recens, f. 244ᵇ: „Iste liber est monasterij beate Marie virginis alias Scotorum wienne Quem testatus est nobis egregius decretorum doctor dominus Johannes Polczmacher oremus pro eo.“

F. 1ᵃ—312ᵇ. Inc.: „Si quis presbiter. Ca. Alienans rem ecclesie sue | in casu non permisso deponendus est.“ Expl.: „Ad sequencia | Nota glossa. *Explicit tractatus distinccionum (iuris canonici).*“ F. 1ᵃ legitur: „1436 die XVI Aprilis alias feria post dominicam Quasimodo geniti In nomine domini nostri Jhesu christi et in honorem gloriose eius genitricis virginis Marie.“ — F. 57ᵇ—64ᵇ, 88—96, 239ᵇ—244ᵇ script. vacant.

248. (53. g. 9.)

Chart. s. XV (1495), f. 520, 8°, man. I, ligat. antiqua lign., fol. prim. a cap.: „Daz puch gehort in daz closter zu medingen.“ Fol. sec. a cap.: „In dankbarer Erinnerung in den Tagen vom 2. bis 19. Juli 1841 im hohen Stifte „Zu den Schotten“ in Wien genossener Gastfreundschaft widmet Hochdemselben dieses kleine Andenken F. Butsch, Antiquar zu Augsburg.“ F. ad calc.: fragm. breviarii s. XIV.

F. 1—2 script. vacant. — 1. F. 3ᵃ—479ᵃ. *Das buech der gaistlichen bilgerfart (auctore Felice Fabro).* R. Diese ist die for red des büchlins der gaystlichen bilgerfartten gen Jerusalem vom und gen dem ferren sant Jacob gebildett .... Inc.: „Ein jelicher guter cristenmensch hat von cristenlicher aygenschaft lieb die stett vnd ort.“ Prologus expl.: „Die tag vnd die nacht.“ R. Hye hebt sich an die gaystlich bilgerfart gen Jerusalem genomen abt der leiblichen pylgerfart des hailigen lands von ayner tagraiss

zu der andern von v̊lm auss bis gen Jerusalem syon vnd synai vnd von denen Enden wider bis gen v̊lm. Aber so daz bůch gen medingen in das Closter gehört so zücht man von medigen gen v̊lm zu da den die bilgerfart anhebt durch vnder weisung dez Erwirdigen gaystlichen vatters her Felix zu denen zeitten less maiester ze den predigern der die ding selbz leibtlichen Erfaren hat .... Inc.: „Dye Erst tagrayss der bilgerfart.“ Expl.: „Nemen den daz ganz bilger bůch damit hatt es ain End. Valete fiunt. Anno dom. das bůch ist aussgeschrieben an sant vincencius tag prediger ordens tausend vierhundert vnd in dem funff vnd neuczigigsten Jar von S[chwester] susanna von Sinczendorff pittend gott für sye mit ainem aue maria Jhesus christe Amen.“ De auctore, qui fuit patria Tigurinus, O. P. † 1489 eiusque opere cf. Quetif-Echard I 871 sq. — F. 345^b, 413, 479^b—484^b script. vacant. — 2. F. 485^a—515^b. *R. Ein gůetten ordnung ze holen den ablass der VII kyrchen ze Rom mit Andacht vnd fleiss.* Inc.: „Dye bäpstlichen bullen in denen vnserm hailigen orden.“ Expl.: „So guttilichen hatt gethann Amen. Das ist aussgeschrieben an des hailigen Creuz anheut inuencione sancte crucis in dem jar als man zalt von christus geburt dauseind vnd in dem fünf vnd LXXXX jar von S[chwester] susanna von Sinczendorff pit gott fir sye vnd marie mit ainem Aue maria sye was von herzen fro daz sye schrib Deo gracias Amen. Das hatt der Erwirdig gaystliche vatter felix lessmaiester Fabre gemacht got zu lob vnd marie vns zu nucz vnd gutt.“ — F. 516—520 script. vacant.

249. (53. h. 1.)

Chart. s. XV, f. 211, 8°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. liturg., tegum. ant. b: „Scottorum wienne liber pertinet iste. Orate pro domino leonardo dienhoffer qui fuit frater carnalis fratris wolfgangi de Euerding.“ F. a cap. pennae probationes. Cod. in fine mancus.

F. 1^a—211^b. *(Orationale.)* 1. F. 1^a—39^a. *(Officium defunctorum, psalmi poenitentiales cum litaniis.)* — 2. F. 39^b —99^a. *(Psalterium dispositum per hebdomadam cum ordinario*

officio de tempore.) — F. 99^b—101^a script. vacant. — 3. F. 101^b—112^b. *(Orationes ad b. Virginem et ad Christum.)* Inc.: „Ave preclara maris stella." Expl.: „Michi domine vt supra." — 4. F. 113^a—114^b. *R. Augustinus de virtute psalmorum.* Inc.: „Si te volueris intima mente." Expl.: „Ad laudandum deum." — 5. F. 114^b—115^a. *R. Oracio Infra prefacionem.* Inc.: „Aue principium nostre creacionis." Expl.: „Semper mecum Amen." — F. 115^b—117^b script. vacant. — 6. F. 118^a—122^b. *R. Incipit cursus de passione domini.* Inc.: „Domine labia mea.... Cristum captum et irrisum." Expl.: „Commendauit per dominum nostrum." — 7. F. 122^b—144^b. *R. Secuntur oraciones super totam passionem Christi.* Inc.: „Domine Jesu christe fili dei viui qui hora matutinali." Expl.: „Hora completorium vnam." — 8. F. 144^b—146^a. *Incipit oracio venerabilis Bede presbiteri de septem vltimis verbis* .... Inc.: „Domine ihesu christe qui septem verba." Expl.: „Commorari per infinita secula seculorum Amen." — 9. F. 146^b—161^b. *(Variae orationes.)* Inc.: „O pater in diuinis." Expl.: „Exultacionis Amen." — 10. F. 161^b—167^b. *R. Incipit ordo sacerdotum.* Inc.: „Svmme sacerdos | et vere pontifex." Expl.: „Siciam amplius in eternum Amen." — 11. F. 167^b—171^b. *(Orationes ad missae sacrificium.)* Inc.: „Domine Jhesu Christe suscipe hodie sacrificium." Expl.: „Saluator mundi Qui viuis .... Amen." — 12. F. 172^a—187^a. *R. Sequitur cursus beate gloriose virginis marie.* Inc.: „Domine labia mea .... Quem terra ponthus ethera." Expl.: „Me socium fac corone." — 13. F. 187^b—201^b. *(Orationes ad b. Virginem.)* Inc.: „O virgo virginum et pia domina." Expl.: „Ad tuam pervenire visionem Amen." — 14. F. 202^a—211^b. *R. Secuntur nunc Suffragia et oraciones cottidianis* (!) *et de propriis Sanctis | primo de proprio angelo Antiphona.* Inc.: „Angele dei qui meus es custos." Oratio de s. Ursula expl.: „Respicere ...." Finis deest.

250. (53. h. 2.)

Chart. s. XV (1443), f. 401, 8°, man. I, ligat. antiqua lign., in interior tegum. partibus fragm. tractatus philosoph. s. XIV et adnotationes. Cod. in monasterio Scot. scriptus est. (Cf. f. 146^a.)

1. F. 1ᵃ—146ᵃ. Inc.: „SCitis quia post biduum .... Augustinus libro 5 contra Hereticos in persona christi dicit.“ Expl.: „Ibi eum videbimus Ecce predixi vobis. *Explicit exposicio et collectura quedam de passione domini et eius resurreccione* Anno dom. Mᵒ CCCCᵒ XLIIIᵒ proxima feria sexta ante vigiliam penthecostes Tempore cismatis concily basiliensis et Eugenij pape siue gabriel et felicis pape electo (!) in concilio basiliensi sed nondum assumpto ab ecclesia generali.“ Sequuntur versus de nomine vesperarum. Inc.: „Vespere fit nona fit vesper uel vespere quilibet hora.“ Expl.: „Denotat officium tempusve canendi.“ Deinde: „Anno dom. Mᵒ CCCCᵒ XLIIIᵒ quarta feria infra octauam ascensionis domini hora decima ante meridiem factus est terre motus in austria videntibus pluribus patribus et fratribus existentibus ad Scotos. Et eodem tempore in vngaria in Cremnicia terre motus subvertit domos .... Et rex romanorum Fridericus cum suis consiliarys eo tempore existens in concilio fugit cum suis consiliarys de habitacione sua ad terram planam ....“ — 2. F. 146ᵇ. *Nota Quod dominus legitur quinquies apparuisse ipso die resurreccionis.* Inc.: „Primo Marie magdalene.“ Expl.: „Ut miles fortis.“ — 3. F. 147ᵃ—150ᵃ. *Sequitur in textu de passione domini ex concordancia ewangeliorum.* Inc.: „Sedente autem illo pro tribunali.“ Expl.: „Signantes lapidem cum custodibus.“ — 4. F. 150ᵇ—156ᵇ. *(Variae adnotationes v. g. de libidine, de temporaneo imbre, de tribus sceleribus Edom, de peccato Sophoniae, de peccatis carnalibus.)* Inc.: „Nota 1ᵒ sentenciarum d. XXXI Magister Noster conceptus non fit.“ Expl.: „Imputabitur in peccatum.“ — 5. F. 156ᵇ—158ᵇ. *Sequitur textus de concordancia ewangeliorum.* Inc.: „Nota Egressi a monumento nunciauerunt.“ Expl.: „Eternitatis in futuro.“ — 6. F. 159ᵃ—187ᵇ. *Sermo de passione 2ᵘᵐ 4ᵒʳ ewangelistas.* Inc.: „EGressus Jhesus cum discipulis .... Considerando diem hodiernum nescio cogitare.“ Expl.: „Fudit pro nostra miseria Amen.“ — 7. F. 187ᵇ—194ᵇ. *(Excerpta ex magistro sententiarum.)* Inc.: „Notandum secundum magistrum sentenciarum vbi dicit Peccata quoque nostra.“ Expl.: „Sicut dicit Augustinus.“ — 8. F. 195ᵃ—197ᵃ. *Dominica*

LXX In secundo nocturno leguntur secundum quedam breuiaria Infra scriptae lecciones. Sermo sancti Johannis episcopy. Inc.: „DIgnitas humane originis.“ Expl.: „In dolore filios parere meruit.“ Sequitur adnotatio de conceptione. — 9. F. 197ᵇ—198ᵃ. *(De charactere.)* Inc.: „Caracteris grece ymago nouus wultus.“ Expl.: „Mortali et veniali.“ — 10. F. 198ᵇ—218ᵇ. *R. Ex sermonibus M[agistri] Nicolay de Tynkelspuel de passione domini.* Inc.: „Item Nota Modum quo nos dominus redemit.“ Expl.: „Fuit fixus in cruce.“ — 11. F. 219ᵃ—302ᵇ. *Et hec que secuntur extracta sunt ex libro sentenciarum.* Inc.: „Notandum circa literam et primo circa hoc Nullus officio sacerdotis vti debet.“ Expl.: „Et vicia vitemus et virtutibus adhereamus.“ — 12. F. 303ᵃ—401ᵇ. (Inscriptio indicis:) *Item alia collecta diuersa.* Inc.: „. . . . sic | Pater tradidit filium suum.“ Expl.: „Vtuntur bona dominorum suorum.“ Sunt varia excerpta theologica v. g. de angelis, de tentatione primorum parentum, de luxuria, de voluntate humana, de sigillo confessionis, de acedia, de sacerdotibus, de pusillanimitate, de tentatione, de septem petitionibus orationis dominicae, de confessione occulta, de passione Christi, de communione, formulae epistolarum ad episcopum de conferendis ordinibus (f. 372ᵃ et 376ᵃ), licentia data eundi ad curiam Romanam (f. 376ᵇ), oratio pro victoria cum notis musicis (f. 393ᵇ—394ᵃ) etc. — F. 310ᵇ script. vacat.

251. (53. h. 3.)

Chart. s. XV, f. 315, 8°, man. VII (VII Joannis de Lambaco, cf. f. 300ᵇ), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. liturg., f. a cap. a: index, f. ad calc.: fragm. lat.-germ. tractatus ascet. s. XIV.

1. F. 1ᵃ—12ᵇ. (Inscriptio indicis:) *Kalendarium Monasterii Sacri specus secundum rubricam modernam eiusdem obseruancie ad kalendarium ecclesie romane.* — F. 13 (membr.) script. vacat. — 2. F. 14ᵃ—144ᵇ. Inc.: „Evsebius Jeronimo . . . . Scio quosdam putare psalterium.“ Expl.: „Et abstuli obprobium de filiis Israel. *(R.) Explicit psalterium secundum hebraicam veritatem beati Jeronimi presbiteri.*“ Sequitur adnotatio de hoc psalterio. Ultimus psalmus est apocryphus „extra nu-

merum psalmorum cum (David) pugnauit contra goliath." Inc.: „Pusillus eram inter fratres meos." Ed. apud Fabr., Cod. pseudo-epigr. vet. test. Hamb. et Lips. 1713, 905 sqq. — 3. F. 144^b—314^a. *R. Incipit liber psalmorum dauid regis et eximij prophete secundum LXX interpretes i. psalterium romanum eo quod ecclesia romana scil. beati petri illo vtitur (cum canticis et symbolo apostolico et Nicaeno).* — F. 314^b—315^b script. vacant.

252. (53. h. 4.)

Chart. s. XV, f. 295, 8°, man. V, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index, f. ad calc.: fragm. brevissimum libelli in causa Henrici Conradi cuiusdam contra dominum Joannem de Gun . . . .

1. F. 1^a—26^b. *R. Meditaciones sancti Bernhardj abbatis* (falso!). Inc.: „Mvlti multa sciunt et se ipsos nesciunt." Expl.: „Perspicies vnum eumdemque deum glorie qui viuit . . . . Amen." Cf. cod. 40(2). — 2. F. 27^a—71^b, 132^a—155^b, 108^a—131^b, 72^a—72^b. (Inscriptio indicis:) *Alie meditaciones cum multum deuotis oracionibus ad dominum ihesum christum et matrem virginem eius mariam.* Inc.: „Meditaciones que subscripte sunt que ad exercendam legentis mentem." Expl.: „Pia incorrectis dulcis predilectis." Pars harum meditationum et orationum spectant ad s. Anselmum. Cf. ed. Maur. 1675, 202 sqq. F. 61^a sqq. hymnus Pseudo-Bernardi legitur, qui inc.: „Salue mundi salutare." — 3. F. 73^a—107^b et 156^a—162^a. *(Liber soliloquiorum s. Augustini.)* Inc.: „Agnoscam te domine cognitor meus." Expl.: „Ut aquile canos meos." Ed. Maur. 1685, VI app. 85 sqq. — 4. F. 162^b—178^a. *Secuntur centum meditaciones (dominicae passionis) eidem* (!) *Translate a reuerendo doctore magistro matheo de chracouia de theutunico in latinum Ad pedicionem* (!) *Studencium pragensis vniuersitatis.* Inc.: „Gegrüzzt seystu ihesu christe gnaden vol . . . . Eya dei sapiencia domine ihesu christe." Expl.: „Jhesu pyssime delecteris Amen." Auctor est Henricus Suso. Cf. Quetif-Echard I 658 sq. — 5. F. 178^b—179^a. *Hoc opus frater Bonauentura cardinalis dicitur compilasse* . . . . Inc.: „Intencionis discussio." Est schema intentionum missae. — F. 179^b script. vacat. —

6. F. 180ᵃ—238ᵇ. Inc.: „ACcedite ad eum .... Cum enim deus beatissimus.“ Expl.: „Sine aliqua cogitacione previa Amen. *(R.) Explicit mistica theologia fratris hugonis de palma ordinis Carthusiensium.*“ Cf. Fabr.-Mansi III 297. De editionibus cf. Jöcher III 1203. — 7. F. 239ᵃ—245ᵇ. *Preparatorium ad missam per graciam et ad communionem Et primo de dignitate hospitis.* Inc.: „Rex regum dominus dominancium quamuis sibi ipsi.“ Expl.: „Ad uitam eternam perducat Amen.“ — 8. F. 245ᵇ—247ᵃ. *(Meditatio) de passione domini nostri ihesu christi.* Inc.: „Nescio quid melius et quid salubrius.“ Expl.: „Zelo et amore Deo gracias.“ — 9. F. 247ᵇ—288ᵇ. Inc.: „AD honorem omnipotentis dei aliquos modos.“ Expl.: „Pro dono huius libelli sit nunc et semper in secula seculorum benedictus Amen. (Alia manu:) *Explicit alphabetarium diuini amoris ex fonte et dono dei pro institucione ordinis carthusiensis in solitudine degencium.*“ — F. 289—295 script. vacant.

253. (53. h. 5.)

Chart. (f. 1 et 2 membr.) s. XV (1476), f. 290, 8°, man. V, ligat. antiqua lign., in interior. tegum. partibus fragm. liturg. s. XIII, in fine manc.

Chart. s. XV, f. 364, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus scholastici s. XIV. Codicem hunc eundem esse atque illum, quem auctor sua manu scriptum bibliothecae monasterii donavit, nullo negotio conici potest. Cf. Wolfsgruber, Regesten, apud A. Mayer, Quellen zur Gesch. der Stadt Wien I, Wien 1895, 100.

F. 1ᵃ—358ᵇ. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Questiones in libros sentenciarum magistri nicolai (de Dünkelspühel).* Inc.: „Vtrum theologia sit sciencia proprie dicta." Expl.: „Cupiunt et desiderant adimpleri." — F. 180ᵇ—181ᵃ, 184ᵇ, 208ᵇ, 233 et 234, 359—364 script. vacant.

275. (54. b. 4.)

Chart. s. XV, f. 560, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. hebr. Cod. in monasterio Scotensi scriptus esse videtur. (Cf. f. 554ᵃ.)

F. 1 deest. — 1. F. 2ᵃ—554ᵃ. *(S. Thomae secunda secundae.)* Inc.: „. . . . Et ideo eciam ex hac parte obiectum fidei est." Expl.: „Qui promisit ihesus christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula Amen." Ed. Parm. 1853, III. — F. 554ᵇ script. vacat. — 2. F. 555ᵃ—558ᵇ. *(Registrum.)* — F. 559—560 script. vacant.

276. (54. b. 5.)

Chart. s. XV (1402), f. 175, 2°, man. I (Petri Wiczzing de Leubs), ligat. antiqua lign. restaur.

1. F. 1ᵃ—37ᵇ. *Incipit viridarius de sanctis per circulum anni primo sermo de sancto Andrea.* Inc.: „Non sum turbatus . . . . Legitur quod post ascensionem domini." Expl.: „Ad suum monasterium deportauit Rogemus ergo." — F. 38 et 40 script. vacant; f. 39 abscissum est. — 2. F. 41ᵃ—173ᵃ. *Incipiunt sermones Milicij de sanctis per anni circulum. De s. Andrea.* Inc.: „VEnite post me . . . . Quanta dignacio saluatoris nostri ihesu." Expl.: „Ad nupcias regni celestis ad quas . . . . Deo gracias. Expliciunt Sermones domini Milicij de Sanctis ad clerum finiti per manus petri

wiczzing de Leubs Anno dominice incarnacionis Millesimo Quadringentesimo secundo In vigilia vigilie Natiuitatis domini nostri ihesu christi. Predictus dominus Milicius obijt in Curia avinionis Anno domini M° CCC° septuagesimo quarto in die petri et pauli apostolorum. Requiescat in pace amen. Dentur pro penna scriptori celica regna." De Joanne Militio, archidiacono Pragensi et concionatore celeberrimo, adi Balbini Bohemiam doctam I 181 sqq. — F. 173ᵇ—174ᵇ script. vacant. — 3. F. 175ᵃ. *Rubrica mandati in cena domini (et) Rubrica mensarum sew refectorij.* — F. 175ᵇ script. vacat.

277. (54. b. 6.)

Chart. s. XV (1449), f. 420, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., litterae initiales rudi modo exaratae, tegum. ant. b et post a: fragm. antiphonarii s. XIII.

1. F. 1ᵃ—45ᵇ. *(Registrum.)* — 2. F. 46ᵃ—420ᵇ. (Titulus in tegum. ant. b legitur:) *Hugwicionis vocabularius.* Inc.: „CVm nostri prothoplasti suggestiuam preuaricacionem." Expl.: „Nimium fidus. Et sic est finis huius operis Anno domini M° CCCC° XLVIIII°." Auctor in praefatione ipse se Ugvicionem patria Pisanum nominat. Bibliographi quamvis eiusdem nominis et patriae iurisperitum norint, tamen libri, de quo agimus, nullam mentionem inducunt. Eundem vero haud ignorat Weis, Handschr.-Verz. der Stiftsbibl. zu Reun in Xen. Bern. II 1 cod. 9(2).

278. (54. b. 7.)

Chart. et membr. s. XV in., f. 291, 2°, man. V, ligat. antiqua lign., in interior. tegum. part. fragm. hebr., f. 1ᵃ etc.: „Hic liber Monasterii beate Marie virginis wulgariter Scotorum wienne nobis delegatus est per Egregium Magistrum Vrbanum de Mellico cum aliquibus alijs voluminibus. Cuius anima requiescat in Pace Amen."

1. F. 1ᵃ—4ᵃ. *(Registrum.)* — F. 4ᵇ—9ᵇ script. vacant. — 2. F. 10ᵃ—291ᵃ. (Titulus in tegum. ant. a legitur:) *Questiones magistri biridani in decem libros Ethicorum Aristotelis.* Inc.: „[B]Onitatis et nobilitatis excellenciam philosophie moralis." Expl.: „Sensus uel appetitus sensitiue. Et sic est finis

huius et sit deo gracias.“ Simon Bredonus sive Biridanus Winchecombae in Anglia natus circa a. 1386 floruit. Cf. Jöcher I 1354. — F. 84ª, 282ᵇ, 291ᵇ script. vacant.

279. (54. b. 8.)

Chart. s. XV, f. 142, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.; adligata sunt 1. Vocabularius utriusque iuris, ed. apud Ant. Koburger, Norimb. 1481, 2. Sermones Roberti de Licio ordinis minorum s. a. l. et typ.

1. F. 1ª—6ᵇ. *(Registrum.)* — 2. F. 6ᵇ—107ᵇ. *(Tractatus de sacramento Eucharistiae, de horis canonicis, „de sermocinatione“, de sacrificio missae.)* Inc.: „[L]Egitur exod. XIX et XXIV cap. quod cum dominus daret legem moysi.“ Expl.: „Vndique auget.“ — 3. F. 107ᵇ—141ᵇ. *R. Tractatus de Septem Sacramentis bonus.* Inc.: „[A]D habendam noticiam sacramentorum | primo inquirendum est de sacramentis.“ Expl.: „Quamuis vir sit bigamus | nupcie benedicuntur. Sit laus deo.“ — F. 142 script. vacat.

280. (54. b. 9.)

Chart. (f. 11 membr.) s. XV, f. 129, 2°, man. IV, ligat antiqua lign., in tegum. ant. b leguntur nomina mensium hebraice.

1. F. 1ª—86ª. *(Vocabularium latino-germanicum.)* Praefatio inc.: „EX quo vocabularij varij autentici.“ Vocabularium inc.: „A i. sine von.“ Expl.: „Zoticus ca cum i. witalis gesunt. Explicit liber iste laus sit tibi christe Amen.“ — 2. F. 86ᵇ—87ᵇ. *R. Incipit se registrum sequentis vocabularij secundum ordinem alphabeti.* — 3. F. 87ᵇ. *Nota Enigmata aliqua.* Inc.: „Nota Quis est mortuus et non natus. Resp. Adam.“ Expl.: „Quis est qui nec fuit in celo nec in terra nec in inferno nec in mari. Abakuk in aere.“ Sequitur adnotatio: „Item Nota quod intellectus hominis consistit in fronte Memoria in cerebro Amor in corde“ etc. — 4. F. 88ª—112ᵇ. *(Vocabularium latino-germanicum secundum materias dispositum.)* Inc.: „De essencia. Esse sein wesen.“ Expl.: „In ydiomate latino. Ergo pro fine deo gracias. Explicit liber ordinis rerum Amen.“ — 5. F. 112ᵇ—113ᵇ. *(Registrum operis*

praecedentis.) — 6. F. 114ª—117ᵇ. *Synonyma tabula.* In fine: „Explicit tabula synonimorum.“ *Incipiunt synonyma.* Inc.: „Kund tun. Notificare Indicare Sigillare.“ Expl.: „Schreib Scribo.“ — 7. F. 118ª—123ᵇ. *(Interpretatio variorum vocabulorum.)* Inc.: „Periarmenias alias perihermenias | das puch von layscher Auslegung.“ Expl.: „Et improbus acer.“ — 8. F. 124ª—129ª. *(Distributio evangeliorum et epistolarum per circulum anni.)* — F. 129ᵇ script. vacat.

281. (54. b. 10.)

Chart. s. XV, f. 196, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 3ª: „Hunc librum contulit monasterio schotorum wienne egregius dominus decretorum doctor magister iohannes polczmacher Oremus pro eo.“

F. 1—2 script. vacant. — 1. F. 3ª—190ᵇ. *[O]Rdinacio decisionum antiquarum per venerabilem virum dominum Bertrandum de Arnassana sacri pallacij apostolici carum auditorem redacta sub congruis titulis in hoc presenti compendio Sub anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo quarto XXXI* (!) *mensis Junij.* Inc.: „[P]Rimo quod monacho habenti administracionem seu prioratum.“ Expl.: „Quem ordinarius prius induxerat.“ Registrum praecedit. — 2. F. 191ª —191ᵇ. *(De causa matrimoniali.)* Inc.: „In causa matrimoniali vbi reus negat.“ Expl.: „Iudicem mouencia | tunc secus. Ita dico et scribo Ego leopoldus prancz decretorum minimus Nouorum iurium ordinarius lector ....“ — F. 192ª—195ª script. vacant. — 3. F. 195ᵇ—196ª. *(Respondetur ad dubia de contractu quodam.)* Inc.: „Reuerende Magister ac fautor prestantissime ad quesitum vestrum libenter respondebo.“ Expl.: „Ibi quod recepcio.“ — F. 196ᵇ script. vacat.

282. (54. b. 11.)

Chart. s. XIV (1390), f. 142, 2°, man. III (I Nicolai), ligat. antiqua lign., tegum. post. a: fragm. tractatus philosophici, tractatus medicinalis, vocabularii versificati.

1. F. 1ª—53ª. Inc.: „Svmmum bonum deus est.“ Expl: „Quos celestis aula letificandos includit. Ille cuncta nobis dat

qui viuit et regnat per omnia secula seculorum Amen. *Explicit liber ysidori de summo bono* finitus sub Anno domini M° CCC° nonagesimo In vigilia sanctorum Johannis et Pauli. (R.) Qui me scribebat nicolaus nomen habebat seculorum mentitus est Alleluia.“ Deinde: „. . . . emit CCCC° VIII Geori de clagenfurt.“ Singulis libris praecedit tabula capitum. Ed. Colon. 1617, 414 sqq. — F. 53ᵇ script. vacat. — 2. F. 54ᵃ—56ᵇ. *Alphabetarius bonus pro introduccione sermonum (sequentium) conuenientissimus.* — 3. F. 56ᵇ—126ᵇ. *(Themata sermonum secundum alphabeti ordinem.)* Inc.: „AMicus. Nota quod homo habet triplicem amicum.“ Expl.: „Pauci vero electi dicit dominus Amen. Ille cuncta nobis dat qui viuit et regnat per omnia secula seculorum Amen.“ — 4. F. 126ᵇ—132ᵇ. *(Themata sermonum de tempore.)* R. Dominica prima in aduentu domini. Inc.: „Hora est . . . . In verbis istis circa conuersionem.“ Expl.: „Appellatus est ibi.“ — 5. F. 132ᵇ—134ᵇ. *(Themata sermonum de sanctis.)* Incipit de sanctis primo de sancto Andrea. Inc.: „Gloria magna . . . . Hic duo auctor innuit.“ Expl.: „Diligere.“ — 6. F. 135ᵃ—140ᵇ. *(Varii sermones.)* Inc: „Homo cum fuerit mortuus . . . . Inter cetera.“ Expl.: „Humanitatis amicus.“ — F. 141ᵃ—142ᵃ script. vacant. — 7. F. 142ᵇ. *(Excerpta ex Hugone et Seneca.)*

283. (54. c. 1.)

Chart. s. XV (1445), f. 405, 2°, man. III (III Pauli de N.), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. tractatus philosophici s. XIV.

1. F. 1ᵃ—1ᵇ et 404ᵃ—405ᵃ. *R. Registrum sermonum beati bernhardi abbatis de tempore et de sanctis.* — 2. F. 2ᵃ—383ᵃ. *(Sermones b. Bernardi abbatis.)* R. Sermo beati bernhardi de omnibus sanctis. Inc.: „Aduertistis ni fallor ex his.“ Sermones expl.: „Ad eius similitudinem reformaris Amen. Deo gracias. Anno domini M° CCCC XLV finitus est liber iste per paulum de N. etc.“ — 3. F. 383ᵃ—383ᵇ. *R. Epistola beati Bernhardi ad renaldum abbatem fusniacensem de paciencia prelati erga onerosos.* Inc.: „Plangis dilectissime fili super multis tribulacionibus.“ Expl.: „Solet esse voluntas.“ Ed. Maur. 1719, I 75 sq. — 4. F. 383ᵇ—384ᵃ. *R.*

Bernhardus ad gwidonem abbatem de tribus fontibus de affectu misericordie erga peccantes. Inc.: „Considerans miseri huius miserabilem condicionem.“ Expl.: „Si misericordia superexaltetur iudicio.“ Ed. l. c. I 72. — 5. F. 384ᵇ—386ᵇ. *R. Incipit Bulla Vrbani quarti pape de institucione festi corporis christi.* Inc.: „VRbanus episcopus .... Transiturus de mundo ad patrem.“ Expl.: „De iniunctis sibi penitencijs relaxamus.“ Ed. in Bullario Romano I 118 sq. — 6. F. 386ᵇ—388ᵃ. *R. Incipit Bulla Martini quinti pape de Indulgencijs per octauas corporis christi.* Inc.: „Martinus episcopus .... ineffabilem sacramenti quod sacerdos.“ Expl.: „Forent exhibite uel ostense. Datum Rome aput Sanctos Apostolos VII° kal. Junij pontificatus nostri Anno XII^{mo}.“ Ed. l. c. I 248. — 7. F. 388ᵃ—389ᵇ. *R. Indulgencie de festo corporis christi per dominum Eugenium papam quartum triplicate.* Instrumentum, quo concilium Basileense decretum istud promulgat, inc.: „SAcrosancta generalis synodus Basiliensis .... Ad noticiam christi fidelium.“ Expl.: „Quarum quidem literarum tenor sequitur.“ Bulla inc.: „Eugenius episcopus .... Excellentissimum corporis et sangwinis domini nostri ihesu christi sacramentum.“ Expl.: „Forent exhibite uel ostense. Datum Rome aput sanctum petrum Anno incarnacionis dominice Millesimo CCCC° XXXIII° VII kal. Junij pontificatus nostri Anno III. Nulli ergo omnino homini .... Datum Basilee quinto Nonas Julij Anno a natiuitate domini Millesimo CCCC°XXXIIII°. Explicit bulla sacrosancti concilij Basiliensis approbatiua et ratificatiua indulgenciarum de festo corporis christi collatarum per olym papam Eugenium quartum dictum.“ In fine: „Scripta sunt hec per paulum de N. orate deum pro eo etc. Anno etc. XLV etc. deo gracias.“ Ed. l. c. I 258 sq. — 8. F. 390ᵃ—391ᵇ. *(Adnotationes „de custodia cordis, de exercicio humilitatis, de duplici homine scilicet veteri et nouo, de diligenti circumspeccione et cura hominis“.)* Inc.: „OMni custodia serua cor tuum.“ Expl.: „Ciues sic prestolantur.“ — 9. F. 391ᵇ—393ᵇ. *R. Sermo beati Bernhardi de tribulacionibus.* Inc.: „DIgnum valde est et omnino exigit.“ Expl.: „Laudabilem et gloriosum in secula amen.“ Ed. Maur.

1719, I 1148 sqq. — 10. F. 393^b—394^b. *R. Idem de eodem.* Inc.: „Beatus dauid in psalmo XXIII.“ Expl.: „Cogitacionem spiritalis intencio vendicaret.“ Ed. l. c. I 1103 sq. — 11. F. 394^b —396^b. *R. Sermo beati Bernhardi abbatis In memoriam humberti primi igniacensis abbatis.* Inc.: „Sicut hac nocte vidistis.“ Expl.: „Ad quem ipse peruenit qui est deus benedictus in secula Amen.“ Ed. l. c. I 1072 sqq. — 12. F. 396^b—397^b. *R. Incipit planctus domini Odonis abbatis morimundi super morte beati Bernhardi ex libro analeticorum hoc est resolucionum theologicarum assumptus.* Inc.: „Nubit a pretitulacionis serie.“ Expl.: „In sua carne et spiritu illius in sua receptus.“ Ed. apud Hüffer, Der heil. Bernard v. Clairvaux I, Münster 1886, 21 sqq., ubi codicis, de quo agitur, mentio fit. — 13. F. 397^b —398^a. *R. In obitu fratrum nostrorum Sermo sancti Augustini episcopi de verbis apostolis nolumus vos ignorare de dormientibus ex sermone 32.* Inc.: „ADmonet nos beatus apostolus.“ Expl.: „Non solum carnaliter sed spiritualiter amant.“ Ed. Maur. 1683, V 827 sqq. — 14. F. 398^a—399^a. *R. De celebritate defunctorum et resurreccione sermo 33 sancti augustini ubi supra.* Inc.: „QVando celebramus dies fratrum defunctorum.“ Expl.: „Ad dominum.“ Ed. l. c. V 828 sqq. — 15. F. 399^a—399^b. *R. De verbis eiusdem apostoli omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi.* Inc.: „OMnium christianorum spes fratres dilectissimi.“ Expl.: „Peruenire et viuere in secula seculorum Amen. (R.) Explicit Sermo sancti Augustini de mortuis.“ Ed. l. c. V app. 198 sq. — 16. F. 399^b—401^b. *R. Sequitur Sermo sancti Bernhardi abbatis de cena domini.* Inc.: „Audiuimus et desideranter audisse debemus.“ Expl.: „Caritatis perfeccionem ac perpetuitatem.“ — 17. F. 401^b —404^a. *R. Alius sermo eiusdem de eodem.* Inc.: „Qvid retribuam domino . . . . Verba quidem hec sunt prophete.“ Expl.: „Et bone vite institucionem Amen.“ — F. 405^b script. vacat.

284. (54. c. 2.)

Chart. s. XV (1438), f. 399, 2°, man. II, ligat. antiqua lign.

1. F. 1^a—1^b et 399^a. *(Registrum.)* — 2. F. 2^a—398^b. Inc.: „AAron Quod iubet aaron in aures.“ Expl.: „In epi-

stola. *Et sic est finis prima pars tabule originalium* Anno domini Millesimo Quadringentesimo Triecsimo octauo feria tercia post festum laurency et cetera.“ Cf. Schulte, Die Rechtshandschriften, n. 96. Manus recentior in tegum. ant. b adnotavit: „Prima pars Originalium de omnibus Materijs 2dnm Alphabetum usque ad M. excl. vel Polyanthea.“ — F. 399ᵇ script. vacat.

285. (54. c. 3.)

Chart. s. XV, f. 312, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., f. 3ᵃ: „Liber iste est monasterij scotorum wienne tempore domini Johannis de oxenhausen Abbatis conscriptus oremus pro eo.“

1. F. 1ᵃ—1ᵇ. *(Registrum.)* — F. 2 script. vacat. — F. 3ᵃ—312ᵇ. *(Pars altera tabulae originalium.)* Inc.: „Maculam require verbo pollucio.“ Expl.: „Quantum ad ipsos attinet.“ Cf. cod. 284.

286. (54. c. 4.)

Chart. s. XV, f. 187, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. a cap. b: excerptum ex praefatione Joannis Januensis in librum, cui inscribitur Catholicon.

F. 1ᵃ—187ᵇ. (Titulus in tegum. ant. b legitur:) *Item nota quod in isto volumine continetur liber Catholicon (Joannis Januensis de Balbis O. P.) usque k litteram.* Inc.: „Alma interpretatur uirgo abscondita.“ Expl.: „Ixionides in ixion est et cetera.“ Auctor floruit vergente s. XIII. De editionibus cf. Fabr.-Mansi I 163; Oudin. III 579; Quetif-Echard I 462.

287. (54. c. 6.)

Chart. s. XV, f. 239, 2°, man. I, ligat. antiqua lign.

1. F. 1ᵃ—3ᵃ. *(Isidori Hispalensis et Braulionis episcopi ad invicem epistolae sex.)* Epistola prima inc.: „Domino meo .... Omni desiderio desideraui.“ Expl.: „Consorcium michi concedat | de manu sua Ora pro nobis beatissime domine et pater.“ Ed. Colon. 1617, 486. Epistola secunda inc.: „Domino meo .... O pie domine et virorum prestantissime.“ Epistola ultima expl.: „Extat conscriptum stilo maiorum.“ Ed. l. c. ante indicem librorum ethymologiarum. — 2. F. 3ᵃ—

213ª. *R. Incipiunt libri minoris Isidori Spalensis episcopi ad Braulionem Cesaraugustanum episcopum ad Sisebucum scil. dominum et filium scripti* .... Inc.: „Disciplina a discendo nomen accepit." Expl.: „Ut uis morbi ignis ardore siccetur." Libris praecedit index capitum. Ed. l. c. 1 sqq. — F. 213ᵇ script. vacat. — 3. F. 214ª—238ᵇ. *(Registrum.)* — F. 239ª script. vacat. — 4. F. 239ᵇ. *(Enumerantur variae linguae.)* Inc.: „Lingue quondam per mundum disperse sunt. Hebraica Affrica." Expl.: „Syraca."

288. (54. c. 7.)

Chart. s. XV, f. 278, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: „Iste liber comparatus est tempore iohannis abbatis de oxenhausen cuius partem scripsit frater iohannes de ratispona oremus pro eisdem."

F. 1ª—277ª. *(Quaestiones in libros sententiarum.)* Inc.: „HIc queri solet Circa hanc distinccionem 18ªᵐ | queritur primo vtrum potestas clauium se extendat ad culpam siue ad remissionem culpe." Expl.: „Commutacio ex auctoritate episcopi dyocesani." — F. 45ᵇ—60ᵇ et 277ᵇ—278ᵇ script. vacant.

289. (54. c. 8.)

Chart. s. XV (1470, 1474), f. 258, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., f. membr. a cap.: fragm. liturg. s. XIII, f. membr. ad calc.: fragm. antiphonarii s. XIV.

1. F. 1ª—1ᵇ. *R. Incipiunt Rubrice 4ᵒʳ librorum katholicon.* In fine: „Nomen libri est Catholicon. Nomen Compositoris huius opusculi frater Johannes ianuensis ord. pred. Nomen primi scriptoris frater Guillelmus de porta placentinus Anno domini 1309." — 2. F. 2ª—82ᵇ. *Incipit prologus in librum katholicon.* Inc.: „Prosodia | quedam pars grammatice nuncupatur." Opus expl.: „Vide eciam in suo loco ibi periodus. Expliciunt Quatuor partes katholicon." Cf. cod. 286. — 3. F. 83ª—123ᵇ. *(Aelii Donati de octo partibus orationis methodus cum versione germanica interlineari, quae colore rubro scripta est.)* Inc.: „Partes oraciones quot sunt .... Dy tail der rede wi vil sind." Expl.: „Habet quod est volens .... Daz do ist wellen .... Explicit anno domini M°CCCCLXX°."

— 4. F. 124ᵃ—124ᵇ. *(Additumentum ad tractatum praecedentem.)* Inc.: „Fero fers fert.“ Expl.: „Ut latus futurum ut ferendus.“ — 5. F. 125ᵃ—136ᵃ. *R. Incipit Regula diffinicionum ad librum donatj secundum modum scholasticalem alme vniuersitatis wiennensis in austria 1474. Incipit Dyalogus.* Inc.: „Michahel que pars est nomen.“ Expl.: „Nisi interieccio tale secans. Deo gracias.“ — F. 136ᵇ—137ᵇ script. vacant. — 6. F. 138ᵃ—258ᵇ. *R. Incipit prohemium metricum in doctrinale Magistri Alexandri de villa dei.* Inc.: „Scribere clericulis paro doctrinale nouellis.“ Opus expl.: „Quas tres personas in idem credo deitatis. Explicit pridie kal. iunij.“ F. 138 glossa marginalis, f. 138—144 glossa interlinearis. Cf. Leyser, Hist. poetarum et poemat. med. aevi, Halae Magdeb. 1721, 767 sqq.

290. (54. c. 9.)

Chart. s. XV (1464), f. 254, 2°, man. VI (ult. Wolfgangi de Laa), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum, f. 1ᵃ etc.: „Iste liber est Monasterij beate Marie virginis vulgo Scotorum wienne in Austria ordinis sancti Benedicti. 1470.“

1. F. 1ᵃ—12ᵃ. *R. Incipit prohemialis epistola summo pontifici destinata super legenda sancte Clare virginis (primae s. Francisci discipulae Assisii in Umbria † 1253).* Inc.: „Qvasi veterani mundi senecta urgente.“ Expl.: „In eternum AMEN.“ *Incipit legenda sancte Clare virginis Opusculum primum.* Inc.: „Admirabilis femina clara vocabulo et virtute.“ Expl.: „Vigilauit ad deum Prestante domino .... Amen.“ *R. Secundum opusculum de miraculis Sancte Clare postquam de mundo transiuit.* Inc.: „Illa sunt sanctorum signa mirifica.“ Expl.: „Latro deprehensus festine discessit.“ Ed. in AA. SS. Boll. 12. Aug. II 754 sqq. — 2. F. 12ᵇ. *R. Epistole sancti Ignacij martiris.* — 1. *(Epistola ad Joannem apostolum.)* Inc.: „JOhanni sancto seniori .... De tua mora dolemus.“ Expl.: „Cum desiderio nostro et valeas Amen.“ — 2. *(Epistola ad Joannem apostolum.)* Inc.: „JOhanni sancto seniori .... si licitum est michi apud te.“ Expl.: „Properare me iubeas et valeas.“ — 3. *R. Epistola sancti Ignacij ad Mariam.*

Inc.: „Christifere Marie .... Me neophitum Johannisque tui discipulum." Expl.: „Et in te confortentur Amen." — 4. *R. Epistola gloriose virginis matris Marie.* Inc.: „IGnacio dilecto .... De ihesu que a Johanne audisti." Expl.: „In deo salutari tuo Amen." Cf. Alzog, Grundriss der Patrologie, Freiburg 1888, 43. — 3. F. 13ᵃ—33ᵇ. *R. Incipit prologus in Tractatum de septem verbis christi in cruce pendentis.* Inc.: „Ultima christi verba que cruci affixus." Opus expl.: „In egressu suo Amen." — F. 34—36 script. vacant. — 4. F. 37ᵃ—40ᵃ. *Posicio magistri narcissi (Herz de Berching) de contractibus retractantis aliquas proposiciones quas posuit Johannes Gerson Cancellarius parisiensis in suo Tractatu de contractibus.* Inc.: „VTrum Contractus vendicionis et empcionis cum pacto." Expl.: „Ad argumentum ante oppositum responsum est ex dictis. (R.) Explicit Questio de Contractibus Magistri Narcissi Alme vniuersitatis wiennensis professoris theologie egregij." Sequuntur aliae breves quaestiones de contractibus. Aschbach ignorat. — 5. F. 41ᵇ—48ᵃ. *Nota valde multa bona de Cometis. (R.) Ista questio de cometa determinata est parisius per Reuerendissimum Arcium et theologie monarchum Magistrum hainricum de hassia ad mandatum christianissimj regis francorum philippi.* Inc.: „Anno domini M° CCC° LXVIII° a vigilia palmarum vsque ad tres septimanas parisius visus fuit Cometes tempore crepusculi vespertini in parte occidentis occasione cuius quesitum fuit vtrum apparicio Comete euentuum aliquorum sit signum pronosticatiuum Et arguitur quod non." Expl.: „Absque pertinacia taliter sint dicta. Explicit tractatus h[enrici] de hassia disputatiuus cum astrologis super indicijs apparicionum cometarum Et totum vnica questio est. 1462." Cf. Aschbach 369 et Denis I 1267 sq. — F. 48ᵇ script. vacat. — 6. F. 49ᵃ—70ᵇ. *R. Hainricus de Hassia. Incipit epistola de contractibus empcionis et vendicionis | ad consules wiennenses | diuisa in tres partes* .... Inc.: „Honorabilibus et magne discrecionis viris .... Quidam de professoribus sacre theologie." Expl.: „Salutis sempiterne Amen. (Alia manu:) Explicit Epistola de contractibus ad Ciues Wiennenses Anno domini pro tunc Mil-

lesimo Trecentesimo (nonagesimo) septimo XXI Julij nunc 1464 rescripta.“ Cf. Aschbach 398 sq. et Denis I 1548 sqq. Eodem folio *epitaphium Henrici* legitur ab ipso conscriptum:

„Mortales cuncti moueat vos tumba sepulti |
Hassonis henrici vermibus esca dati (in margine: expositi) |
Mors est a tergo | sapiens homo se paret ergo.“

Cf. Aschbach 401. Deinde: „Anno domino quo supra XI februarij obijt venerabilis vir Magister henricus de hassia. Item Anno eodem XII Maij obijt venerabilis vir Magister hainricus de Oyta Sacre theologie professores | in Ecclesia Sancti Sthephani wienne In eodem sepulcro sepulti. Hec pro Memoriali p. de lewin eorum familiaris (cf. Aschbach 399) Requiescant in pace.“ Aschbach 404 diem obitus Henrici de Oyta dicit 20 m. Mai. — 7. F. 70^b—101^b. *R. Incipit Tractatus Magistri Hainrici de Oyta de contractibus.* Inc.: „DIligite iusticiam .... Audite hec omnes gentes.“ Expl.: „Et ratum habuit pignus valebit. Et sic est finis huius tractatus de contractibus Magistri heinrici de oyta Anno etc. 64.“ Cf. Aschbach 406. — 8. F. 101^b—104^b. *Questio de vsura Magistri hainrici de hassia monarche theologorum.* Inc.: „VTrum liceat aliquem emere redditus ad vitam. Quod non.“ Expl.: „Vltimam sortem igitur.“ — 9. F. 105^a—106^a. *Nota illa practica (de cometis) venit de Roma.* Inc.: „Cometa apparuit Anno dom. MCCCCII in occidente in fine mensis februarij.“ Expl.: „Et hoc fuit post eclipsim lune.“ — F. 106^b script. vacat. — 10. F. 107^a—133^b. *R. Incipit Opus Magistri Thome de Cliuis. Incipit primus tractatus de sacramentis.* Inc.: „De sacramento dantur 4^{or} diffiniciones.“ Expl.: „Admonicionibus proficius non aquiescere Deo gracias. Explicit opus felicissimum actoris magistri Thome de Cliuis cuius anime deus propicietur in eternum Amen.“ Agitur de sacramentis, de praeceptis decalogi, de virtutibus, de articulis fidei, de oratione dominica, de peccatis. — 11. F. 133^b—134^a. *(De sapientia.)* Inc.: „Conveniens est intelligenti.“ Expl.: „Secum occulte portare deo gracias.“ Sequitur adnotatio de ieiunio regularium. — 12. F. 134^b—136^a. *R. Distinccio Theologica de VII ecclesie catholice sacramentis scilicet quid in quolibet sacramento sit sacramentum tantum .*

quid res sacramenti . quid sacramentum et res . Quid materia . Quid forma . Quid proprie quid figurate. — F. 136ᵇ—138ᵇ script. vacant. — 13. F. 139ᵃ—225ᵇ. *R. Tractatus domini Engelberti abbatis admontensis de dignitate virginis gloriose marie prout ipse testatur de se in quadam Epistola (de studiis et scriptis suis ad Ulricum scholasticum Viennensem) in qua enumerat omnes libros suos et tractatus inter quos iste non est minimus et continet in se plus quam centum et quinquaginta capitula.* Inc.: „LEtetur anima vestra in misericordia eius.“ Expl.: „Et gaudia eterne beatitudinis in celis Quod nobis prestare dignetur . . . . Amen. (R.) Explicit liber siue tractatus continens in se 4ᵒʳ tractatus parciales domini Engelberti abbatis admontensis de vita et virtutibus beate virginis gloriose Regine Marie.“ Sequitur excerptum ex epistola praenominata de hoc opere. Cf. Wichner, Gesch. des Benedictinerstiftes Admont 1878, III 516 sqq. Edidit Pez, Thes. anecd. I 1, 505 sqq. — F. 226—229 script. vacant. — 14. F. 230ᵃ—230ᵇ. *(Sermo super illud:) Missus est angelus.* Inc.: „Augustinus in sermone de annunciacione dominica dicit.“ Expl.: „Et statim anima noua fuit creata.“ — 15. F. 231ᵃ—251ᵇ. *R. Incipit prologus heymonis in hystoriam ecclesiasticam Eusebij per eumdem heymonem in singulis libris parcialibus Eusebij abbreuiatam.* Inc.: „QVantum erudicionis quantumque diuinarum et humanarum rerum noticie.“ Expl.: „Finem suscepti operis terminemus. Explicit hystoria heymonis adbreuiata ecclesiastica. (R.) Melius est dormire quam diabolo seruire. Et est finita feria 6ᵃ in die sancti Thimothei apostoli ante horam quintam de mane per wolfgangum de laa. Et sic est finis. Nobilius est iste quem nobilitat suauitas.“ De auctore, monacho s. Benedicti et discipulo Alcuini, cf. Fabr.-Mansi III 181 sqq. — F. 252ᵃ—254ᵇ script. vacant. — 16. F. 254ᵇ. *(Adnotationes theologicae et versus.)* Inc.: „Ieiunat iustus eger simulator auarus.“

291. (54. c. 10.)

Chart. s. XV, f. 182, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., f. a cap. membr.: fragm. sermonis de s. Joanne baptista s. XIII, f. ad calc.: fragm. liturg. s. XIII.

1. F. 1ª—6ª. *R. Incipit prologus in summam gloriam honorij (Augustodunensis).* Inc.: „Pvsilli gregis christi duci verbo et exemplo." Opus expl.: „Introire valeamus Amen." Edidit Pez, Thes. anecd. II 1, 177 sqq., ubi inscribitur: Summa gloria de Apostolico et Augusto seu de praecellentia sacerdotii prae regno liber. De auctore cf. cod. 142. — 2. F. 6ᵇ—51ᵇ. *(Compendium moralitatum conscriptum a Jacobo de Lausanna.)* Inc.: „Abicit mundus pauperes et honorat diuites. Nota Augustinus dicit quod coruus est illius nature." Expl.: „Quia pennas virtutum non habent." Auctor Helvetius O. P., Franciae provincialis, obiit a. 1321. Cf. Quetif-Echard I 547 sq.; Denis II 220 sqq., 1877 sq. — F. 52—54 script. vacant. — 3. F. 55ª—68ª. Inc.: „PAter noster etc. legitur 1 Reg. XVI quod spiritus malus." Expl.: „Voluntati subiciat humanam Amen. *(R.) Explicit exposicio pater noster.*" — 4. F. 68ª—81ᵇ. *R. Incipit exposicio symboli.* Inc.: „CRedo in deum. Nota hic XIV articulos fidei." Expl.: „Ad eternam suam gloriam Ad hanc vitam eternam perducat .... Amen." — 5. F. 82ª—83ᵇ. *(Index capitum operis sequentis.)* — 6. F. 84ª—169ª. *R. Incipit compendium theologice veritatis Sancti Thome de Aquino* (recte: *Hugonis Argentinensis).* Inc.: „VEritatis theoloyce sublimitas cum superni splendoris sit radius." Expl.: „Recipiet sine fine." Cf. cod. 160. — F. 169ᵇ script. vacat. — 7. F. 170ª—176ᵇ. *(Sermones tres de dedicatione.)* Primus inc.: „INgressus ihesus perambulabat .... hodie peragimus festum dedicacionis." Tertius expl.: „Toto corde diligendo Rogemus etc." — 8. F. 177ª—180ᵇ. *Incipiunt decem precepta secundum quod beatus Augustinus exponit.* Inc.: „Sapiens est qui scit dampnum precauere." Expl.: „Sic dicta de decem preceptis sufficiant." — F. 181ª—182ª script. vacant. — 9. F. 182ᵇ. *(Index contentorum.)*

292. (54. c. 11.)

Chart. s. XV, f. 326, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: „Liber iste venit Monasterio scotorum a domino leonardo dienhofer fratre fratris Wolfgangi de Euerding Oremus pro eo." Tegum. post. a: „Dominus leonardus dienhoffer de Aschach 99 in Epiphania domini obijt."

F. 1ᵃ—325ᵇ. (Inscriptio in tegum. ant. b legitur:) *Sermones varij et notabiles de sanctis.* Prologus inc.: „Alpha et O principium et finis." Sermo primus de s. Andrea inc.: „Sanctus Andreas in cruce suspenditur." Sermo ultimus expl.: „Et ergo inimici hominis domestici etc." F. 234ᵇ legitur: „Expliciunt omelie beati Bernhardi abbatis." Librarius initiis sermonum proxime praecedentium deceptus esse videtur; nam eorum initia revera ex homiliis s. Bernardi „Super Missus est" sumpta sunt. De auctoribus sermonum reliquorum haec adnotentur: 1. F. 234ᵇ—237ᵇ. *R. Sermo primus ex sermonibus milicij.* Inc.: „Ave gracia plena .... Tria admiranda possunt." Expl.: „In refrigerio salutis eterne Ad quam nos .... Amen." Cf. cod. 276(2). — 2. F. 237ᵇ—240ᵃ. *R. Sermo 2ᵘˢ de annunciacione ex contractu (= Hermanni Contracti?).* Inc.: „DAbit ipse .... In verbis istis misterium." Expl.: „In regno suo." — 3. F. 240ᵃ—242ᵃ. *R. Sermo 3ᵘˢ (de annuntiatione) de contractu.* Inc.: „CAntate domino .... hodie mirabilia facta sunt." Expl.: „Sit benedictum in secula seculorum." — 4. F. 242ᵃ—244ᵃ. *R. Sermo 4ᵘˢ de eodem de Jacobo de voragine.* Inc.: „Ave Maria .... beata virgo vt mereatur." Expl.: „Quid sit Alma." — 5. F. 251ᵃ—252ᵇ. *R. De Sancto Ambrosio .... Sermo primus de contractu.* Inc.: Fidelis seruus .... verba ista exponi possunt." Expl.: „Vbi sine fine gaudebit Amen." — F. 326 script. vacat.

293. (54. c. 12.)

Membr. s. XIV, f. 51, 4°, man. I, ligat. recens coriac.

1. F. 1ᵃ—30ᵇ. *R. Incipit liber de informacione electorum.* Inc.: „A Pluribus rogatus electis .... Ego Nicolaus andree de ciuitate theatina doctor minimus decretorum sub compendio presens opus." Expl.: „Ad celebrandas. (R.) Nicolaus Andree doctor decretorum fecit predicta hec. In calce: „.... cretorum fecit predicta auinionij vacante sede apostolica (1314—1316) per obitum felicis recordacionis domini Clementis pape quinti. Deo gracias." Cf. Schulte, Die Rechtshandschr. n. 97. Agitur 1. De articulis fidei, 2. De sacramentis, 3. De donis spiritus sancti, 4. De fructibus spiritus sancti, 5. De

virtutibus moralibus, 6. De virtutibus theologicis, 7. De virtutibus intellectus, 8. De beatitudinibus, 9. De praeceptis legis divinae, 10. De horis canonicis, 11. De officio quadragesimae, 12. De officio lamentationum, 13. De fundatione ecclesiarum, 14. De consecratione ecclesie, 15, 16. De missa et de his quae in missa dicuntur. — 2. F. 30ᵇ—31ᵃ. (Manu recentiore: *Adnotatio de peccatis luxuriae.*) — F. 31ᵇ et 32ᵃ script. vacant. 3. F. 32ᵇ. *(Registrum operis sequentis.)* — 4. F. 33ᵃ—51ᵃ. *R. Incipit liber de vilitate seu miseria hominis humane condicionis editus a lothario dyacono cardinali sanctorum sergii et bachi qui postea Innocencius papa tercius fuit appellatus.* Inc.: „Domino patri karissimo . . . . Modicum cur quidem inter multas angustias.“ Expl.: „Sulphur et ignis ardens in secula seculorum.“ Ed. apud Migne, Patr. lat. CCXVII 701 sqq. In fine recentiore manu: „Ich kan vnnd Mag kain freid Nit han Amen.“ Deinde: „Michl . . . . etc. octuagesimo octavo M CCCC LXXXXI Vrban Schade misel.“ — F. 51ᵇ script. vacat.

294. (54. d. 1.)

Chart. s. XV (1435), f. 228, 2°, man. I (Urbani de Mellico), ligat. antiqua lign., f. 1ᵃ: „Hunc librum contulit monasterio magister vrbanus de mellico quem propria manu conscripsit oremus pro eo.“ F. 3ᵃ: „Liber monasterij sancte marie alias scotorum wyenne. 1436.“

1. F. 1ᵃ. *(Index contentorum.)* — F. 1ᵇ—2ᵇ script. vacant. — 2. F. 3ᵃ—66ᵃ. *Incipit liber Richardi parisiacensis canonici sancti victoris de Contemplacione.* Inc.: „MIsticam Illam Moysi archam libet.“ Expl.: „Ociosi ociosis locuti sumus. 1435.“ Praecedunt capitula. Ed. Colon. 1621, I 227 sqq., ubi inscribitur: De gratia contemplationis sive Beniamin maior. — 3. F. 66ᵃ—67ᵃ. *Incipiunt capitula sequentis operis.* — 4. F. 67ᵃ—96ᵇ. *Incipit Liber Richardi de patriarchis.* Inc.: „BEnjamin adolescentulus in mentis excessu. Audiant adolescentes sermonem.“ Expl.: „Diuine reuelacioni humana racio applaudit. 1435.“ Ed. l. c. I 178 sqq. sub titulo: De praeparatione animi ad contemplationem sive Beniamin minor. — 5. F. 97ᵃ—97ᵇ. *(Capitula operis sequentis.)* — 6. F. 97ᵇ—116ᵇ. *De exterminacione mali et promocione boni (Richardi*

de s. Victore). Inc.: „QVid est tibi mare quod fugisti." Expl.: „Ad maiora optinenda promoueri non meretur | Amen deo gracias." Ed. l. c. I 1 sqq. — 7. F. 117^a—137^b. (Inscriptio indicis:) *De statu interioris hominis (Richardi de s. Victore).* Inc.: „SEro quidem misi quid petentibus promisi." Expl.: „Neque curata medicamine neque fata oleo." Ed. l. c. I 35 sqq. — 8. F. 137^b—138^b. *Incipiunt capitula operis sequentis.* — 9. F. 138^b—195^a. *De Mistico sompnio Nabuchodonosor regis et que sit summa intencionis.* Inc.: „Qvid Nabuchodonosor sompnium iuxta litteram designet." Expl.: „Gradientes in superbia humiliare possit. Explicit tractatus Richardi parisiacensis Canonici sancti victoris de Somno Nabuchodonosor mystico." Ed. l. c. I 71 sqq., ubi inscribitur: De eruditione hominis interioris. — 10. F. 195^a—218^b. *Incipit Tractatus eiusdem de uerbis quibusdam psalmiste.* Inc.: „QVare fremuerunt gentes .... Quid per gentes que deum nesciunt." Expl.: „Compuncti sumus." Ed. l. c. II 36 sqq. Desiderantur explanationes psalmorum 25, 28, 113, 118, 136, 143, 71, 90. — 11. F. 218^b—222^b. *(Expositio variorum locorum s. scripturae Richardi de s. Victore.)* Inc.: „Tolle puerum et matrem eius .... Mater mentis puritas." Expl.: „Non plene sufficimus." — F. 223—228 script. vacant.

295. (54. d. 2.)

Chart. s. XV, f. 259, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. a cap. a: „Liber iste comparatus est tempore domini iohannis abbatis de oxenhausen oremus pro eo."

1. F. 1^a—259^a. Inc.: „CIrca secundum librum in quo ut dictum est in leccione | tractat magister." Expl.: „In ipso et per ipsum sunt omnia. *Explicit 2us ordinary super librum 2um sentenciarum editus a venerabili doctore et magistro sacre Theologie fratre Johanne Scoto de ordine fratrum minorum."* — 2. F. 259^b. *(Registrum.)*.

296. (54. d. 3.)

Chart. s. XV (1444, 1465), f. 269, 2°, man. IV (III Stephani scholastici de Sperndorff), ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. hebr.

1. F. 1^a. *(Index contentorum.)* — 2. F. 1^b—2^b. *Capitula tractatus sequentis.* — 3. F. 3^a—51^b et 260^a—269^b. *R. Incipit Tractatus perutilissimus de proponentibus religionis ingressum et de anno probacionis usque ad professionem inclusiue magistri Nicolai kemph de Argentina oriundi professi ordinis Cartusiensis.* Inc.: „Conuertimini ad me .... Quamvis diuina miseracio multis varysque modis.“ Expl.: „De qua tamen posterius lacius dicetur. (R.) Explicit tercia pars principalis Magistri Nicolai Cemph de argentina ordinis cartusiensis de modo regendi et habendi se post professionem ordinis.“ Auctor, qui discipulus Nicolai de Dinkelspühel et ab a. 1451 prior Carthusiae Gemnicensis fuit, 1497 centenarius obiit. Cf. Fabr.-Mansi V 104. F. 34^b legitur: 1465. — 4. F. 52^a—114^a. *R. Incipit prologus beati Gregorij pape in librum primum dyalogorum.* Inc.: „Qvadam die nimijs quorumdam secularium tumultibus depressus.“ Expl.: „Si ante mortem deo ipsi hostia fuerimus. Explicit liber dyalogorum in quatuor partes diuisus Per manus Stephani Scolastici de Sperndorff.“ Ed. Maur. 1705, II 149 sqq. — F. 66^b script. vacat. — 5. F. 114^b—197^b. Inc.: „Apprehendent septem mulieres .... Hec verba de futuris contingentibus predixit ysaias propheta.“ Expl.: „Auderent eum interficere quasi hominem. *Explicit Rutenus* Et est finitus Sub anno domini M° CCCC° XLIIII° die Sabato quasi hora vesperarum.“ — 6. F. 198^a—200^a. *(Registrum operis praecedentis.)* — 7. F. 200^b—224^a. Inc.: „Oculi mei semper ad dominum .... Omnia diuina precepta in duobus mandatis dependent.“ Expl.: „Quoniam deus spreuit eos etc. et sic est finis. *Explicit confessionale editum a fratre Stephano de Stanis ordinis fratrum Cysterciensium.*“ — 8. F. 224^a—226^a. *Sequitur sermo bonus de Corea.* Inc.: „COrea est circulus cuius centrum est dyabolus.“ Expl.: „Poteris per te addere si vis.“ — 9. F. 226^a—227^a. *Incipit sermo de animabus.* Inc.: „GAudete cum gaudentibus .... Duo festa agit.“ Expl.: „Et sic patet totum.“ — 10. F. 227^a—228^b. *Sequitur sermo de corpore christi bonus.* Inc.: „MElchisedech rex salem .... In hijs verbis circa nos.“ Expl.: „De libamine scil. de vino

et oleo.“ — 11. F. 228ᵇ—231ᵃ. Inc.: „PEtite et accipietis .... O dulcis infirmacio et dulcissima repromissio.“ Expl.: „A dampnacione nos dampnate Amen *Et sic est finis huius sermonis scil. Rogacionum et multum boni et proficui.*“ — F. 231ᵇ script. vacat. — 12. F. 232ᵃ—235ᵃ. *De concepcione beate virginis sermo de antiqua opinione Ideo caute legendus nec in omnibus fides adhibenda parisiensis cuiusdam predicatoris.* Inc.: „SAnctificauit tabernaculum suum .... in verbis propositis mistice intellectis.“ Expl.: „In omni sua miseria Amen.“ — 13. F. 235ᵃ—237ᵇ. *De penitencia sermo.* Inc.: „POstquam conuertisti .... In verbo proposito notantur duo.“ Expl.: „Ad regnum celorum impetraret | ad quod .... amen.“ — 14. F. 237ᵇ—241ᵃ. *R. Legenda de concepcione beate uirginis.* Inc.: „IN diebus illis Erat homo in ierusalem.“ Expl.: „In domo sua benedicens deum Et sic est finis.“ — 15. F. 241ᵃ—245ᵇ. *R. Sermo de concepcione mundissima gloriose virginis matris marie.* Inc.: „Ipsa est mulier .... Tria hic sunt dicenda.“ Expl.: „Sperare debet Ad que etc.“ — 16. F. 245ᵇ—252ᵃ. *R. Sermo de visitacione virginis Marie.* Inc.: „IN diebus illis Exurgens maria .... Ex quo consummato officio.“ Expl.: „Et alijs electis daturus.“ — 17. F. 252ᵃ—253ᵃ. *(Sermo super illud:) [S]vspiciens ihesus vidit illum.* Inc.: „Ewangelium illud in quo agitur de conuersacione.“ Expl.: „Qui deo preparat donum mentis Rogemus etc.“ — 18. F. 253ᵃ—259ᵇ. *R. Sermo Conradi de Saxonia.* Inc.: „MOuebo celum pariter .... Super ista verba dicit quedam glosa.“ Expl.: „In gaudio gaudiorum per infinita secula seculorum Amen.“ — F. 260ᵃ—269ᵇ. Vide supra sub n. 3.

297. (54. d. 4.)

Chart. s. XV, f. 206, 2°, man. II, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. hebr.

1. F. 1ᵃ—182ᵃ. *R. Incipit Communiloquium (sive summa collectionum) a fratre Johanne walense de ordine fratrum Minorum editum.* Inc.: „CVm colleccionis huius que potest dici summa colleccionum.“ Expl.: „Saluatoris nostri gracia

Illuminante studeat adinuenire et sic est finis huius Deo laus." Cf. cod. 171(2) et 299(1). De Joanne Wallensi sive Guallensi O. M. Parisiensi doctore, cf. Jöcher II 1923 sq.; Oudin. III 494 sq.; Fabr.-Mansi III 109 sq.; qui etiam editiones enumerant. — F. 12^{b} et 182^{b} script. vacat. — 2. F. 183^{a}—188^{b}. *Incipit tractatus de translacione imperij Editus a magistro Marsilio de padua continens duodecim Capitula.* Inc.: „[P]Rimum est de intencione narrandorum." Expl.: „Patet racionabiliter intendenti." Cf. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen, Berlin 1887, II 349. — 3. F. 188^{b}—192^{a}. *Incipit kathalogus Imperatorum Romanorum vsque ad nostra tempora.* Inc.: „[P]Ostquam Julius cesar | superato Pompeis | et eo mortuo." Expl.: „Et sic Ludwicus Imperium assumpsit." — 4. F. 192^{a}—193^{a}. *Querimonia fridrici Imperatoris super deposicione sua contra papam et Cardinales.* Inc.: „[C]Ollegerunt pontifices et pharisei consilium in vnum." Expl.: „Ac destruens cornua superborum. Epistola domini fridrici Imperatoris ad papam Explicit super deposicione." — 5. F. 193^{b}—196^{a}. *In nomine Christi Amen. Incipit liber [Pseudo-] Methodij Episcopi ecclesie pateroni* (recte: *Patarensis) et martiris episcopi | quem de hebreo et greco sermone curauit | primo de principio mundi et diuisione inter regna gencium et de fine seculorum quam* (!) *illustris virorum beatus Jeronimus in opusculis suis collaudauit.* Inc.: „Sciendum est itaque fratres karissimi quoniam in principio." Expl.: „Nos dominus eripere dignetur qui viuit cum patre .... Amen." Ed. Jahn, Hal. Sax. 1865. Cf. Cave I 153, qui opus Methodio cuidam iuniori attribuit. — 6. F. 196^{a}—197^{a}. *Sequitur Anshelmus de Antichristo.* Inc.: „[D]E antichristo scire volentibus primo dicemus." Expl.: „Judicandum esse predixit uel prefixit." — 7. F. 197^{b}—200^{a}. Inc.: „[A]lienum est omne quidquid optando euenit." Expl.: „Vita longa bonis optabilis est. *Expliciunt prouerbia Senece.*" Cf. cod. 224(8). — F. 200^{b}—206^{b} script. vacant.

298. (54. d. 5.)

Chart. s. XV, f. 248, 2°, man. VI, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b et post. a: fragm. Genesis cum glossa.

1. F. 1ª et 2ª—9ᵇ. *(Calendarium.)* In initio legitur: „Leopold liebergesell du schold den Kalender wol gelten So schreibt man dyer gern Er ist des pharrer von lychtenaw Du scholt in nicht stellen.“ — F. 1ᵇ script. vacat. — 2. F. 9ᵇ—10ª. *(Registrum operis sequentis.)* — F. 10ᵇ—12ᵇ script. vacant. — 3. F. 13ª—152ᵇ. *(Tractatus de poenitentia.)* Inc.: „CVm miseraciones domini sint super omnia opera eius.“ Expl.: „Pro peccato manifesto quam pro occulto. Et hec ad presens de penitencia dicta sufficiant. (R.) Finito libro sit laus et gloria christo.“ — 4. F. 152ᵇ—191ª. *(Constitutiones synodorum provincialium.)* 1. F. 152ᵇ—156ª. *R. Constituciones (Viennenses) Gwidonis Cardinalis.* Inc: „[F]Rater Gwidonis . . . . postquam deus formauit hominem.“ Expl.: „Publicari Acta sunt hec wienne Anno domini M° CC° LXVIII Mense Mayo pontificatus domini Clementis pape IVᵗⁱ Anno 3.“ Ed. in Act. concil., Paris. 1714, VII 579 sqq. — 2. F. 156ª—159ᵇ. *R. Constituciones domini fridrici Archiepiscopi Salczburgensis.* Inc.: „[A]D honorem et gloriam christi sponse.“ Expl.: „Ad concessa nobis beneficia recurremus. (R.) Finis constitucionum Concilij prouincialis Salczpurgensis celebrati Anno domini Millesimo CCC° LXXIIII Indiccione II kalend. nouembris.“ Ed. l. c. VII 721 sqq. — 3. F. 159ᵇ—162ª. *R. Hec sunt instituta venerabilis domini friderici Archiepiscopi ecclesie Salczpurgensis appostolice sedis legati instituta in provinciali Concilio Salczburgensi Anno domini Millesimo CC° LXXVI°.* Inc.: „[C]vm instancia nostra cottidiana esse debeat solitudo.“ Expl.: „Inventi fuerint contemptores.“ Ed. l. c. VII 855 sqq. — 4. F. 162ª—168ᵇ. *R. Incipiunt Constituciones (Herbipolenses) Johannis Tusculani episcopi.* Inc.: „[J]Ohannes . . . . Deus deorum dominus rite ac equo moderamine.“ Expl.: „Impediri datum vt supra.“ Ed. l. c. VII 1131 sqq. — 5. F. 168ᵇ—170ª. *R. Hec sunt constituciones domini Chunradi venerabilis Archiepiscopi Ecclesie Salczburgensis Et primo de contractibus matrimonialibus.* Inc.: „[C]Ontractibus matrimoniorum qui non nunquam.“ Expl.: „Nec frui patitur nec gaudere.“ Ed. l. c. VII 1163 sqq. — 6. F. 170ª—171ª. *R. Concilium domini Chunradi celebratum Salczburgensi Anno domini M° dricentesimo decimo in quadra-*

gesima. Inc.: „[N]Os Chunradus dei gracia Salczburgensis.“ Expl.: „Plebanorum negligencia in hac parte.“ Ed. l. c. VII 1303 sqq. — 7. F. 171ᵃ—174ᵃ. *R. Hec sunt instituta domini piligerini Archiepiscopi Salczburgensis apostolice sedis legati publicata in provinciali concilio Salczburgensi Anno domini dricentesimo LXXXVI°.* Inc.: „[A]D laudem et honorem ac gloriam nominis dei.“ Expl.: „Absolucionis beneficium meruerit obtinere. (R.) Acta sunt hec Salczpurgensi in nostro Archiepiscopali Pallacio Anno domini Millesimo CCC° LXXXVI° Pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini domini Vrbani diuina prouidencia pape VIᵗⁱ Anno VIII° Mensis januarij.“ Ed. l. c. VII 1899 sqq. — 8. F. 174ᵇ—176ᵃ. *(Registrum constitutionum praecedentium.)* — 9. F. 176ᵃ. *R. Juramentum prestandum in Synodo.* Inc.: „Ego enim Juro quod.“ Expl.: „Sancta dei ewangelia.“ — 10. F. 176ᵃ. *R. Ista sunt in singulis Synodis per archidiaconum a clericis requirenda.* Inc.: „Primo si habeant constituciones provinciales.“ Expl.: „Sine necessitate aliqua vrgente.“ — 11. F. 176ᵇ. *Forma absolucionis Romane curie de plena remissione in mortis articulo.* Inc.: „Primo dicat infirmus si potest Confiteor.“ Expl.: „In oculis diuine maiestatis In nomine patris et f. et sp. s.“ — 12. F. 177ᵃ—191ᵃ. *(Epistola Ruperti de Welcz, canonici Pataviensis, qua promulgantur „statuta prouincialia Reverendissimi patris et domini Eberhardi Episcopi Salczburgensis“.)* Epistola inc.: „Rvpertus de Welcz .... Reuerendissimus in Christo pater et dominus Georius Episcopus Ecclesie patauiensis.“ Expl.: „In hunc modum.“ Statuta inc.: „In nomine .... Eberhardus dei et apostolice sedis gracia Archiepiscopus Salczburgensis .... deus omnium creaturarum fabricator.“ Expl.: „Sigillo duximus communiri Datum patauie die vicesimo quarto Mensis Nouembris Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo Nono.“ — 5. F. 191ᵃ—193ᵇ. *(Adnotationes de origine psalmorum.)* Inc.: „[B]Eatus vir .... Istum psalmum fecit dauid quando constitutus fuit rex in bethlehem.“ Expl.: „Orauit istum psalmum.“ — F. 194ᵃ script. vacat. — 6. F. 194ᵇ. *(Registrum operis sequentis.)* — 7. F. 195ᵃ—246ᵇ. (Titulus f. 246ᵇ legitur:)

Loci communes ex S[acra] S[criptura]. Inc.: „MAiorem caritatem nemo habet." Expl.: „Interior homo nutritur ac pascitur." — F. 247—248 script. vacant.

299. (54. d. 6.)

Chart. s. XIV, f. 219, 2°, man. III, ligat. antiqua lign., tegum. ant. b: index contentorum et registrum homiliarum.

1. F. 1ᵃ—145ᵃ. *(Homiliae s. Gregorii papae.)* R. Habita ad populum in Basilica sanctorum Processi et Martiniani Leccio sancti Ewangelij secundum Lucam. In illo tempore .... Omelia leccionis eiusdem a beato Gregorio. Inc.: „Qvia dominus ac redemptor noster | nouus homo | venit in mundum." Homilia XL (super illud: Homo quidam erat dives) expl.: „In nostris mentibus loquatur | qui viuit .... AMEN. Gedenkt an mich | durch got vnd siner liben muter | Maria." Ed. Maur. 1705, I 1434 sqq. — F. 145ᵇ script. vacat. — 2. F. 146ᵃ—156ᵇ. *R. Questio vtrum Indulgencie tantum valeant quantum sonant.* Inc.: „PRimo quero vtrum Indulgencie tantum valeant." Expl.: „De intencione beati thome de aquino in scriptis suis super 4 sentenciarum | et sic finitur tractatus de virtute indulgenciarum." — 3. F. 156ᵇ—163ᵇ. Inc.: „In nomine domini amen. Venerabiles viri ac domini huius sexti libri Rubrice non solent continuari." Expl.: „Alie tamen raciones plus stringunt. *Et sic finitur repeticio (de potestate absolvendi) quam dominus hermannus de insula decretorum doctor sollempniter fecit in scolis ordinariis vniversitatis Studij pragensis die dominica quum in ecclesia dei reminiscere consueuit decantari anno 1384.*" Alia manus addidit: „1433 perlegi." — 4. F. 163ᵇ—168ᵇ. *(Quaestio de indulgentiis.)* Inc.: „Qveritur vtrum sicut per indulgencias dimittitur pena temporalis." Expl.: „Magis tenetur ad graciarum acciones | Explicit." — 5. F. 168ᵇ—212ᵇ. Inc.: „VEnerabili patri domino hildebrando dei gracia | Apostoliceque sedis Episcopo Aretino Johannes capellanus vester .... Cura pastoralis officij | quam sit laboriosa." Expl.: „Capitulo vltimo. *Explicit aureum penitenciale.*" — F. 213ᵃ script. vacat. — 6. F. 214ᵇ—219ᵃ. *R. Omelia*

Waltheri abbatis. Inc.: „Simile est regnum celorum homini qui seminauit .... Dominus ac Magister noster christus ihesus doctrinam suam.“ Expl.: „Verus pastor et summus ihesus christus et dominus noster qui .... Amen.“ — F. 219ᵇ script. vacat.

300. (54. d. 7.)

Chart. s. XV, f. 167, 2°, man. I, ligat. antiqua lign., f. 8ᵃ: „Liber domini Johannis Oppenweyler de haylpruna quem contulit monasterio scotorum wienne.“

F. 1—7 script. vacant. — F. 8ᵃ—166ᵇ. *R. Epistole tocius anni postillate per diuersos doctores extracte de postillis ordinis* .... (Nomen est deletum.) Inc.: „HOra est iam nos de sompno .... videns apostolus gloriosus instare tempus.“ Expl.: „Reconciliati summus deo per mortem filij eius. Expliciunt sermones epistolarum.“ Auctor sermonis tertii de evangelio dom. II adventus est Hugo quidam ordinis praedicatorum. — F. 167 script. vacat.

301. (54. d. 8.)

Chart. s. XV, f. 251, 2°, man. IX, ligat. antiqua lign., f. 16ᵃ littera initialis picta, tegum. ant. b: index et formula libelli, quo provincialis ordinis minorum provinciae Austriae mortem confratris adnuntiat. Cod. in initio manc.

